



Thology

R
2077

R III, 366^a

C

Anno dñi 1524 emit fe niedlag
Jock Jimo librum.

Circa apud vñditas blas wasser
Das wasser mit bloem blenden
gebrant ist ein adelarkus
Zugte schigt und Jindelen
angt über gelagt

Ein bewerde gut wasser für
Die postilente blatter mit
wischen Jindelen auf gelagt
philosopharium sententia

So ist das aller best mit gebort werde
Das wasser Jarnach das riner spax
bild stube cartine


Aristo andint platonis amos amplius viginti

Anno 221 fat antoninus coliogetulus der gynn
kem. kry by in wasser by anfangen vnder
Jistey kry by Jind die wasser ostmal
in dem stat gangen. Dan er bauch in
ein Jender Jand. Darin Jind Jind
stat Jlagay. da ward nichts von men
sonderlich auf gericht. Dan was die
wetter halbydt Jind. und wasser den
andem ab dem woy woyte Jalt er

173

260 L. in hoc quovis die
non pot ut vorte qd hanciat. et id quod sentit
polite elegit non possit.

Fr. iridans amittitur quor tibi Lindg. 1617




NOVA

SCHOLIA PHIL.
Melanchthonis, in Prouer-
bia Salomonis, ad iusti pe-
ne commentarij modum
conscripta, & nunc
postremo recog-
nita.

HALAE SVE-
VORVM.

Anno. 1538.

90



INDEX RE

RVM MEMORABILIVM,
quæ in hisce Scholiis habentur.

A

Abominatio coram Deo sublimitas mundi.	38
Adulterij poena.	24
Aequo animo ferenda sunt uitæ incommoda.	95
Afflictiones æquo animo sunt tolerandæ.	34
Afflictiones non merentur iustificationem.	49
Afflictiones cur ferendæ.	64
Afflictiones patienter tolerandæ sunt.	61. 107
Affectus fidei.	127
Amicitia potentum sunt periculosa.	103
Locus contra Anabaptistas.	20
Apelles Venerem quomodo pinxerit.	50
Arij finis qualis fuerit.	61
Autores seditionum pleriq; concionatores.	34

B

Benefici uerè qui.	41
Benedictione Dei conseruentur familiæ.	70.
Benedicente Domino facultates conseruantur.	77
Blasphemi qui sint.	114

C

Calumnie scriptorum in Ecclesia nostro tempo- re.	54
------------------------------------------------------	----

INDEX.

Charitas tegit delicta proximi.	55. 7. 61.
Charitas erga inopes exercenda.	44
Castigatio duplex est.	101
Castigandi sunt pueri.	91
Cauendum diligenter ab impia doctrina.	53
Cerimonie pleraeq; ferendae sunt.	87
De communione rerum quaestio.	19
Concordia praedicatur.	75
Consilia nostra debent sequi praecepta Dei.	103
Continere linguam semper prodest.	33
Contemptus Dei unde oriatur.	34
Cor regis in manu Domini est.	97
Crucis commendatio.	83
Crudeles uocat qui sui commodi causa simulant cum aliquibus amicitiam.	12
Cur noua scholia scripserit.	1
D	
Damnatio securitatis carnalis.	36
Defraudare genium.	41
Detractores uerbi Dei qui.	127
Deus cur pijs mittat supplicia.	6
Deus etiam sanctos affligit.	24
Deus execratur otium.	22
Deus etiam media in morte uitam dat.	39
Deo benedicente omnia salua erunt.	49
Deus iustos nunquam derelinquit.	64
Deus	

INDEX.

Deus non delectatur nima bonorum professione.	69
Deus uult subditam esse adolescentiam.	66
Deus cur mittat afflictiones.	68
Deus ubiq; praesens est iudicaturus.	77
Solus Deus fortunat nostra consilia.	79
Sine Deo nihil recte cernimus.	94
Deus cuncta gubernat.	109
Deus affligit ut uocet ad poenitentiam.	119
Diabolus insidiatur resipiscentibus.	114
Discrimen philosophorum & prophetarum.	38
Discrimen doctrine filiorum Dei & Diaboli.	56
Discrimen superborum ac humilium.	64
Dissensiones ecclesiae nostrae aetatis.	85
Vera diuicie quae sint.	44
Diuites tantum uulci sunt & dispensatores bonorum Dei.	45
Diuitijs non esse fidendum	120
Dominus discernit hypocrisis a pijs.	79
E	
Ebrietatis incommoda.	92
Encomium literarum.	3
Encomium matrimonij.	89
Exempla poenitentiae.	127
Exitus contemnentium pauperes.	46
F	
Faber & Cochleus discordiarum omnium auctor	

INDEX.

Res.	87
Facere iudicium & iusticiam quid sit.	67
Facile & sine tumultu corrigerentur vitia religio-	
nis.	47
Fanaticorum spiritus pertinacia.	62
Fasidium rerum presentium taxatur.	94
Fiducia in homines decipit.	22
Fides parit securitatem.	37
Fides in timore consolatur nos.	117
Fortuna comes est prudentiæ.	11
Fructus sapientum res secundæ:	17

H

Homo omnium inconstantissimum animal.	119
Humanarum virium diffidentia erga Deum.	44
Humile vitæ genus est tutissimum.	84
Vera humilitas quæ.	110
Hypocritæ descriptio.	23
Hypocrisis quid.	32
Hypocriticos natura.	42
Hypocritæ reprehenduntur.	122

I

Impiorum consilia uana.	34
Impiorum consilia irrita.	43
Impietas mundi quam o derit doctrinam Dei.	69

Impiis

INDEX.

Impiis omnis fastiditur conditio.	72
Imperito nunquam quicquam iniustus.	73
Impius Magistratus magna perniciet Reipubli-	
cæ.	112
Infirmi semper ferendi sunt.	34
Infirmitas naturæ humanæ describitur.	119
In contractibus seruanda est iustitia.	38
In tribulationibus non est desperandum.	76
Iusti foeliciores iniustis.	59
Iustus primum sese accusat.	88

L

Labor præcipitur.	19. & 21. & 30.
Laborantibus benedicit Deus.	22
Leges similes sunt telis aranearum.	62

M

Magistratus à Deo est constitutus.	26
Magistratui obediendum.	40
Magistratus officium uigilare in Republica.	58
Malum consilium consultori pessimum.	55
Mali doctores perturbant Ecclesias.	72
Manus manum fricat.	45
Matris familias officia.	50
Mentientium poena.	56
Mercenarius dignus est mercede sua.	52
Misericordia & ueritas quomodo differunt.	80
Multi inserta pro certis docent.	38

A 4

INDEX.

Mundi delitiæ à Deo nos abstrahunt.	48
Mundus nequaquam fidei Deo.	127
N	
Negligens magistratus taxatur.	38
Nemo est contentus sua sorte.	51 & 71
Nicolaus Sterck autor multorum impiorum dogmatum.	57
Non cum omnibus familiaritas est contrahenda.	62
Nullum uitæ genus in totum beatum.	61
Nulla dona sunt foelicia nisi ea iuuet Deus.	63
Nullus finis est rixarum inter superbos.	64
Nulla maior calamitas quam si uerbium eripiatur.	125
O	
Oculus Domini pascit equum.	98
Officia regum.	81
Officia iudicum.	82
Officia mulierum.	44
Omnis potestas à Deo.	81
Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.	ibidem
Optime cogitata sepe pessime cadunt.	17
P	
Parentibus obedire debemus.	7
Parentibus obediendum propter Deum.	60
Parsimonia magnum uectigale.	69
Patientia duplex.	75. & 107
Paupertas	

INDEX

Paupertas ferenda est.	100
Deus pauperes non perdit.	ibidem
Peccatum originale.	201
Perdit Deus confidentes suis uiribus.	38
Piaculum in historijs quid.	68
Pij offenduntur secundis rebus impiorum.	59
Plures necat lingua quam gladius.	55
Πολυπράγματῶν quos uocent Græci	115
Premium obedientie	7
Premium liberorum obedientium parentibus	29
Premium iuuuantium egentes	45
Præcepta de sermone, oculis et incessu.	17
Præceptum de colendis parentibus	29
Præceptum contra seditionem	108
Princeps non sit uindictæ cupidus	111
Principum officia	120
Probi securi sunt	31
Prorsus abstinendum est à commercio prophanorum hominum.	69
Prophanorū scriptorū de incōstantia iudiciū	116
Proverbiorum utilitas	3
Prudentia mundi absq; Deo nihil efficit.	31
Q	
Quæ docenda in Ecclesijs, & quæ non	113
Qualis esse debeat auditor	6
Qualis uir talis oratio	50

I N D E X

Qualis esse debeat metus erga magistratus	82
Qualis debeat esse princeps	130
Quas contentiones gignat superbia	63
Quisq; seruiet suae uocationi	74

R

Ratio non uidet uoluntatem Dei	5
Ratio facile offenditur afflictionibus	48
Ratio regendi seruos	71
Ratio frustra querit arcana Dei	80
Ratio humana irridet Deum	89
Ratio non potest deprehendere doctrinam fidei.	102
Reprehendere cuiusuis est, corrigere nõ item	115

S

Sacræ literæ quid doceant	4
Salomon sapientiam Dei docuit	5
De sacramentis male sentientes, uere impij.	67
Sanctorum exitus læti, malorum uero calamitosi	34
Sapiens quis dicatur	31
Scortatio prohibetur	18
Scriptura non est carnaliter iudicanda	112
Sollicitudo sine fide infelix est.	58
Stulto non conueniunt delicia.	90
Suam quisq; prouinciã diligenter administret.	52
Summa cura lingua regi debet	66

Super

I N D E X

Superba uirga quid sit	92
Supplicia restare impijs post mortem	70
Sycophantæ taxantur.	86

T

Tempus in omnibus est obseruandum	36
Tempori seruiendum est	67
Theologorum dissensiones	1
Thomas Monetarius seditionis autor	59
Timor Dei	7
Timor duplex	12
Traditiones monasticæ neminem beant	3
	4

V

Ventos accersere quid sit	46
Verbum Dei, non res, intueri oportet	42
Verbum Dei mysterium absconditum	110
Verbum Dei præsidium aduersus Satanam est	126
Verbum quid Hebraica consuetudine	66
Veritas multis argumentis nititur.	87
Vexatio dat intellectum	49
Via ad sapientiam est timor Dei	73
Vindicta in totum prohibetur	54
Vituperatur carnalis securitas	65
Vnde sit sapientia, et quomodo sit comparanda	10

INDEX

Vnde petenda uera prudentia	59
Vnusquisq; seruiat sue uocationi	13
Vnus uir nullus uir.	40. 119
Vocatio expectanda	96
Sine uocatione Dei nihil suscipiendum	104
Vota impiorum nihil prosunt	96
De usu propriarum rerum	19

FINIS

ERRATA NOT INDICATA
CORRECTIONES

[The text on this page is extremely faint and largely illegible, appearing to be a list of corrections or errata.]

ERRATA NON INDIGNA
OBSERVATIONE.

- FOLIO 32. in prima facie in fine lege, odia.
Folio 42. in secunda facie in ultima linea deest *ἑτιῶς*
ἰυστοῦ, sed ex omnibus illis liberabit eos Dominus.
Folio 44. in secunda facie in fine tollenda est ultima li-
nea, & reponenda in locum præcedentem, in quo de
syderatur.
Folio 47. in secunda facie in fine, post quibus non, de-
est, ira.
Folio 52. in prima. sã linea quarta, lege, nõ admodũ.
Folio 53. in prima facie, linea sexta, pro alijs, lege,
Saulis.
Folio 55. in secunda facie sic lege uersiculum Hesiodi:
ἢ δ' ἔ κακὴ βουλὴ τῶ βουλευῶντι κακίστη.
Et ibidem infra, linea tertia lege intelligi.
Folio 57. in prima facie in penul. linea lege *ἐν θοῶ*
εἰσπῆ.
Folio 64. in prima sã. linea duodecima lege potuisset.
Folio 68. facie prima, linea 17. lege crucis.
Folio 69. facie prima, linea 17. lege uterq;.
Folio 72. facie prima, in fine, deest, gubernet. Τα-
xantur.
Reliqua Lector per se facile animaduertet.

ILLVSTRI

PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO MAGNO, DUCI MESELBURGENSI &c. EPISCOPO SUEVICI RINENSI, SUO DOMINO CLEMENTISSIMO, PHILIPPUS MELANCHTHON, S. D.

ADITVS EST ANTE ANNOS aliquot, commentariolus quidam in sententias Salomonis, quem me dictante, forte aliqui ex auditoribus exceperant, quem, quia iustissimis de causis cupiebam abolere, scripsi hoc tempore noua scholia, penè ad iusti commentarij modum, in eundem Salomonis libellum, ut primam illam editionem his, qui forte requirunt nostram enarrationem, de manibus exciterem. Hoc consilio adductus sum ad scribendum nouum commentarium, nam prior ille nusquam mihi satis faciebat. Sæpe in explicandis sententijs aberraueram, ut alci solet, à scopo. Sæpe in explicatione sermo non cohereret, neq; enim scripseram ipse, sed inter enarrandum quidam adnotauerant pro suo iudicio, quæ placuerant. Itaq; non poterat is libellus paucis mutatis locis cõseruari, sed ut Martialis de suis uersibus inquit:

Non possunt nostros multæ Faustine lituræ
Emendare iocos, una litura potest.

EPISTOLA.

Ita una litura hoc meum scriptum uniuersum inducendum fuit. Nunc totum argumentum retexui, de-
 di: operam, ut quam simplicissime interpretarer
 authorem, non enim minus flagitij mihi uidetur, gra-
 uissimas sententias male detorquendo corrumpere,
 quam publicam monetam adulterare. Hæc præcepta
 tradita sunt, partim ut timorem Dei nobis incuciant,
 partim ut erigant fidem, et iubeant confidere boni-
 tate Dei, et à Deo expectare omnis generis bona
 partim ut doceant, quomodo in afflictionibus de-
 Deo sentire debeamus, partim ut mores et actiones
 gubernent. Ab his locis nusquam discessimus, quorū
 quidem cognitio pietatem alit, et ut Pauli uerbo u-
 zar, in primis edificat. Quidam non contenti una in-
 terpretatione in singulis sententijs, sinxerunt ex se,
 uelut aranei, quatuor aut plures etiam sententias, li-
 teralem, allegoricam, tropologicam, et nescio quas
 præterea, cum una et simplex sit Scripturæ senten-
 tia, uidelicet quam aperit ratio Grammatica, eam
 nos pro uirili conati sumus lectori tradere. Porro
 multæ causæ sunt, cur hoc genus enarrandi, hoc tem-
 pore maxime probem. Video enim in tot disensionibus
 Theologorum, ut ita dicam, senescere et obscu-
 rari eam partem doctrinæ Christianæ, quæ hos,
 quos dixi locos, maxime necessarios continet. Itaq;
 nos libenter in illis agitandis operam sumimus, ut ad
 memo-

Theologorū
 disensiones.

EPISTOLA.

memoriā posteritatis quam maxime illustrati trans-
 mitantur. Sic enim statuo bonos uiros debere admi-
 ti, ut doctrinam religionis posteritati quam purissi-
 mam relinquunt. Nullum enim patrimonium aliud
 locupletius fuerit. Ego igitur, tametsi non ignoro,
 quantum reprehendant quidam hoc scriptorum ge-
 nus, tamen id omittendum non arbitror, eaq; in re ui-
 deor mihi, si non alijs, certè liberis meis et Christo
 canere. Dedicavi autem tibi clarissime Princeps,
 hanc lucubrationem, quia non alius ex principibus
 ad domesticam splendorem, scientiam optimam un-
 terarum atq; artium simili studio adiunxit, atq; tu,
 qui in utraq; lingua tantum promouisti, ut nullam or-
 namentum Latine dicenti desit, Græcos etiam Scri-
 ptores ita notos habeas, ut aliquando in grauissimis
 deliberationibus de Republ. illorum sententijs ut-
 ris. Nam hoc totum doctrinæ genus non ad inanem
 ostentationem amplexus es, sed utilitatis causâ. Me
 nini enim te aliquando dicere, neminem uideri tibi
 satis instructum esse ad Rempublicam regendam, si-
 ne harum nostrarum literarum scientia. Proinde spe-
 rari tibi, sic amanti nostrarum literarum, non ingra-
 tum hoc nostrum officium fore. Ego uero ob hanc
 causam etiam sub tuo nomine edidi hunc commen-
 tariolum, quia cum uulgus hoc tēpore studia nostra

Encomion li-
 terarum.

EPISTOLĀ.

mirabiliter contemnat, querendus mihi patronus a-
 liquis fuit, qui auctoritate sua non modo hunc libela-
 tum, sed authorem quoq; tueretur. Et tunc ad omniū
 Principū officium pertinet, publica studia iuuare,
 & literarum professores defendere, tum maxime de
 cui hoc Episcopos facere, quia sine scientia literarū
 religio Christiana retineri non potest. Itaq; & uete-
 res Synodorum constitutiones Episcopis præcipiūt,
 ut doctores literarum in urbibus constituant, qua de
 re Decretum extat, distin. 37. Quare, cum iudicāre
 te & amantissimum esse nostrorum studiorum, &
 quoniam Ecclesiæ gubernāde destinatus es, arbitra-
 rer te officio etiam ad defensionem nostri ordinis ad-
 duci, scripsi ad te, ac peto, ut & hoc meum munus bo-
 ni consulas, & causam studiorum suscipias, quæ nisi
 summa ope cōseruauerint hi qui Res publicas tenēt,
 magnam detrimentum accipiet religio. Habes dome-
 sticum exemplum, clarissimum patrem tuum, prælu-
 centem tibi in omni genere uirtutis, qui quantian no-
 stris studijs tribuat, cum alijs in rebus sepe declara-
 uit, tum ostendit in eo, quod tibi doctissimos præce-
 ptiores præter principum aliorum morem procul ac-
 cerfuit, quodq; dedit operam, ut non tantum obiter
 attingeres literas, sed ut altius uim atq; utilitatem
 earum introspiceres, nec desinit huius tibi studij hor-
 tator esse. Nihil honestius facere potes, quam ut talē
 patrem

PROLOGVS.

patrem ab omni parte imitari & effingere studeas.
 Quod si facies, profecto statues pacis artes princi-
 pi maxime colendas esse, & artes pacis sine literis
 neq; retineri, neq; exerceri posse. Vale, ex Vuiten-
 berga, Anno M. D. XXIX.

PROLOGVS.

SENTENTIAE in omnibus linguis, sunt aut
 præcepta breuia de moribus, aut admonitiones
 de communibus uitæ casibus, de breuitate uitæ,
 de uarietate fortune, de perfidia hominum, quales
 exitus habeant recte facta, aut secus facta, quæ ta-
 men ipsæ sententiæ præcepta dici possunt. Sunt enim
 traditæ à sapientissimis hominibus, & consuetudine
 comprobatae, tacite præcipiūt, quomodo gubernari
 casus illi uitæ debeant, quorum mentionem faciunt.
 Possunt itaq; in unaquaq; lingua receptæ à populo
 sententiæ, in locos communes uirtutum, aut cogna-
 tos illis, tanquam in classes distribui. Ut ad beneficen-
 tiam pertinet, Beneficium accepit, qui digno dedit.
 Ad amicitiam, Amicus certus in re incerta cernitur.
 Ad fortunam, Fortuna quem nimium fouet, stultum
 facit. Ad experientiam seu prudentiam, Discipulus

PROLOGVS.

est prioris posterior dies. Sic etiam hæ Sententiæ Salomonis, uel in locos communes, uel in decalogum distribui possunt, quoniam decalogus fons est omnium præceptorum. Principio autem monendi sunt Lectores, interesse inter prophanas sententiæ, & has quæ continentur in sacris literis, quia prophana sententiæ, cum peperit eos humana ratio, tantum de ciuilibus moribus, aut de eiusmodi casibus, quos experientia ostendit, præcipiunt. Potest enim ratio de ciuilibus moribus recte iudicare ex legibus nature, ex quibus, quia diuinitus animis hominum inscriptæ sunt, omnia honesta præcepta colligit. Multa etiam experientia didicit, ut, Raros esse fides amicos. Non esse diuturnam improborum felicitatem. Paucos in rebus secundis moderatos esse. Itaq; & de moribus, & de talibus uitæ casibus, extant doctorum hominum præcepta, & sententiæ in omnibus pene scriptoribus. Multi etiam nihil nisi sententiæ scripserunt, quoniam putabant ad mores formandos nihil uilius esse, quam huiusmodi breuia oracula semper ob oculos posita habere, ut Hesiodus, Theognis, Phocilides. Sed sententiæ in sacris literis non tantum præcipiunt de ciuili consuetudine uitæ, sed etiam de uoluntate Dei, de timore Dei, de fide, de cruce, de his locis quoniam iudicare ratio non potest,

PROLOGVS.

4

aut nullæ aut falsæ sententiæ in humanis literis inueniuntur. Nam, ut alia omittam, de cruce longe salutar ratio. Neq; enim certo Dei consilio adfligi homines arbitratur, sed aduersa temere accidere bonis & malis. Illud uero multo minus sentit, calamitates nobis utiles esse, & eos quos Deus adfligit, in primis ab eo diligi. Sed sacre literæ docent primum adfligi homines certo Dei consilio, sicut Paulus ait, Dum iudicamur, à domino corripimur, non ait temere id accidere. Et Christus negat passeres mori sine uoluntate patris. Deinde docent nos adfligi, ut uocemur ad poenitentiam, quomadmodum ait Dauid, Bonam mihi quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. Et Paulus, Cum iudicamur, à domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Itaq; in hoc libello Salomonis sunt multæ Prophetice sententiæ, de timore Dei, de fide, de cruce, de promissionibus, de comminationibus diuinis. Has sententiæ in primis oportet obseruare, quoniam in prophanis literis nullæ sunt earum similes. Deinde etiam ciuiliu morum præcepta, non omnino eodem modo tradunt prophanae literæ & Prophetice. Nam Prophetice literæ addunt plerumq; aut promissionem, aut comminationem præcepto. Ratio ipsa docet parentes esse colendos, sed Deus

Sacre literæ
quid doceant.

PROLOGVS.

addidit promissionem: Si vis esse lougæ uis super ter-
 ran. Hanc promissionem ratio non uidet, nec statuit
 à Deo puniri ingratos. Ratio iudicat turpe esse men-
 datum, Sacre literæ addunt à Deo puniri. Sic enim
 ait Salomon: Abominatio cor à Deo, labia mentien-
 tium. Ratio sentit magistratibus obediendum esse, et
 poenas publicarum legum metuendas, Sed addunt sa-
 cre literæ, Deum ulcisci contumelian magistratuū,
 etiamsi magistratus ipse ulcisci nequeat. Sic eni ait
 Paulus: Qui magistratui resistit, iudicium adquirit.
 Similes sententiæ sunt aliquot in Salomone.

Ita simul docent nos sacre literæ ciui-
 les mores, & timorem Dei &
 fidem. Prophani scripto-
 res tradunt tantū
 præcepta mo-
 rum ciuiliū, nec attingunt doctri-
 nam timoris & fidei.

CAP.

PROVER. SALOMONIS 9

CAP. I.



Salomon filius Da-
 uid, rex Irahel sen-
 tentias cōscripsit,
 unde discatur: sa-
 pientia, castigatio,

Propositio:
 Ego tradam
 sententias
 quasdam, de
 pietate, &
 bonis mori-
 bus.

intelligentia, prudentia, iustitia,
 ius & rectum, unde & calliditatē
 imperiti & pueri scientiam & con-
 filia petant.

Titulus est propositioni additus, more ueteri.
 Nam & ad eundem modum historiam suam,
 Thucydides incepit. Thucydides Athenien-
 sis scripsit bellum maxime memorabile. Est autem
 hæc propositionis summa: Ego tradam præcepta pie-
 tatis, & bonorum morum, seu tradam præcepta ti-
 moris Dei, & fidei, erga Deum, & bonorum operū.
 Adscripsit autem nomen suum auctor, ut sciremus di-
 uinitus hæc tradita esse. Scriptura enim testatur Sa-
 lomoni sapientiam a Deo donatam esse, & infra ca-
 pite octauo significat se sapientiam Dei docere.

Salomō sapiē-
 tiā dei docuit

B 3

PROVERBIA

Longa congeries est in propositione fructuum, quos pollicetur ijs qui hęc pręcepta seu sententias audiunt. Estq; hęc congeries quoddam Scripturę enconion. Sentit autem quod Scriptura doceat sapientiam, castigationem, iustitiam. Idem Paulus, 2. Timoth. 3. dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad erudiendum, ad correctionem, ad eruditionem, quę est in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Ita hic ait, Tradam uobis omnia pie & recte uiuendi pręcepta. Est autem primum hic animaduertendum, opus esse nobis uerbo Dei. Ratio enim non uidet uoluntatem Dei. Ideo ait Esaias, Ad legem & ad testimonium, Qui non dixerit secundum uerbum hoc, non erit ei matutina lux, id est, non habebit consolatione a Deo, nec sciet quid a Deo expectare aut postulare debeat. Secundo, ratio non nouit insidias diaboli, ad uersus quas non possumus consistere, nisi muniti uerbo Dei, sicut Paulus docet in ultimo capite ad Ephesios. Diabolus enim dementat rationem, ut in uarios errores incidat, & credat mendatijs. Deinde & intrinsecus flagitia rapit, aduersus quę nullum presidium est nisi in uerbo Dei. Proinde agemus Deo gratias, quod tradidit nobis suum uerbum, & obtemperemus ei, ne accidat nobis id, quod Paulus dicit accideret

Ratio non uidet uoluntate Dei.

SALOMONIS.

de re non glorificantibus Deum, cum ueritatem Dei cognouerint.

Sapientes ubi audierint, proficient, & cordati industriam consequentur, ut intelligant sententias, interpretationem sapientum, consilia & exempla.

Hic monet qualem oportet esse auditore, et quem admodum Prophetę queruntur contemni uerbum Dei. Ita & hic docet tantum sapientes audire & proficere. Christus queritur Hierosolymam non nosse tempus uisitacionis suę, & esse abscondita ab oculis eius ea que tunc fiebant. Propheta Esaias ita mittitur: Audite audientes, & nolite intelligere, quasi uero Deus mittat uerbum suum magis ad excęcandos, quam saluandos homines. Sunt autem sapientes ij qui timent Deum, sicut infra ait: Principium sapientię timor Domini, & hi tantum proficient, iuxta illud, Habenti dabitur, & a non habenti etiam id quod habet, auferetur. Item intellectus bonus omnibus facientibus ea. Item Psalmus 24. Secretu Domini timentibus eius, id est, ij qui timent Dominum, norunt uoluntatem eius, hoc est, quam propę adsit nobis, quod misereatur ipsorum, quod iuuet, ut regat eos. Ad dicit autem, CUM AUDIERINT,

Quali esse debeat auditor.

PROVERBIA

sicut Paulus inquit: Fides ex auditu est, ita sine uerbo Dei nemo est sapiens, sine uerbo Dei nemo proficiet, & necesse est excacari, & ruere in omnia flagitia eos, qui non reguntur uerbo Dei.

Consilia sapientum.

Consilia sapientum intelligere, est diiudicare quae consilia sint sapientum, quae contra habeant speciem sapientiae, cum non placeant Deo. Nam a pseudopropheta multi decipiuntur, ideoque uerbum Dei cognoscere debemus ipsi, nec uidere tantum alienis oculis, nec ubi fallant nos pseudoprophetae. Sic praecipit Christus: Attendite a pseudoprophetae.

Exempla.

Exempla sunt omnis generis facta, quae quotidie accidunt, illa intelligere, magna sapientia est, hoc est, sentire quod fiant certo consilio Dei, & non temere, & quod fiant ut nos ad timorem & fidem prouocet. Nec ob aliud supplicia, praesentia facinora Deus ostendit, nisi ut nos ad timorem inuitet. Item persecutiones sanctorum sunt, ut nos consolentur, & addant robur fidei. Eam uocem qua hic usus est, aenigma exponunt, hoc est, obscuram aliquam narrationem. Porro omnia facta istiusmodi, de quibus dixi, sunt narrationes obscurae, quia impij putant omnia temere accidere, cum tamen regantur certo Dei consilio:

Deus cur pijs mittat supplicia.

Timor

SALOMONIS.

Timor Dei scientiae initium est, Sapientiam & eruditionem stulti adspernantur.

Primum praecipuum est de timore Dei, sicut etiam *Timor Dei.* Christus incipit: Agite poenitentiam, quia fides non potest esse, nisi in cordibus perterritis agnitione peccati, & iudicio Dei, sicut propheta Esaias ait: Ad quem respicit Dominus? ad cor contritum & humiliatum. Et hic Salomon ait, stultos aspernari sapientiam. Vocat autem stultos, uacuos timore Dei, ut et in Psalmo describuntur: Non est timor Dei ante oculos eorum. Porro nomen timoris sic est accipiendum, ut ueros pauores, & sensum quandam irae Dei intelligas. Erit autem filioliis, ut uocantur timor, cum adcesserit fides consolans & erigens cor in eiusmodi pauore.

Audi fili paternam castigationem, & matris tuae legem ne negligas. Nam ea demum capiti tuo pulcherrima bulla fuerit & collo torques.

Secundum praecipuum est, esse parentibus obediendum, & quia paedagogiam tradit Salomō, ideo statim a principio instituit tanquam gubernatores istius paedagogiae, scilicet parentes, quibus commissa est cura regenda pueritiae, & ipse uelut pater filium allocuitur.

Parentibus obedire debemus.

Primum

PROVERBIA

Primum igitur hic discant pueri, quod Deus præcepit, ut hæc ætas subdita sit, & non regat ipsa sese.

Secundo addit promissionem, in hanc defigendi sunt oculi, sicut etiam promissio addita est in decalogo, ut sis longæuus super terram, eamq; promissionem Paulus recitat ad Ephesios. Promittitur enim magna felicitas super terram, prudentia, felicitas in administrandis rebus, ciuilibus iustitia, bona fama, uirtus, pax, hæc omnia Salomon hic figura: e promittit, sumpta à puerilibus ornamentis metaphora, quasi sic dicat, Si parentibus obedieris, habebis pulcherrimam bullam, & pulchrum torquem, hæc enim erant ornamenta puerilia, id est, eris felix, & omnia uirtutis ornamenta dabit tibi Deus. Hæc tam opulenta promissio merito hortari nos ad obedientiam debet. Non enim fallit nos Deus, sed haud dubie reddet præmiū obedientie, & puniet eos qui hoc mandatum contemnunt. Quidam ludentes exponunt puerilia ornamenta, & ἄνευ γερῶν. Dicunt enim torque significari sapientiam & eloquentiam, quia sit colli ornamentum. Bulla gloriā, hoc est, felicitatē significari in rebus gerendis. Nam & hoc singulare Dei donū est, quæ sæpe sapientia est infelix, sicut apparet in Abiophel, idea

Premium obedientie:

SALOMONIS.

Salomon: Diuinitus dantur consilium & successus.

Fili, si te inuitauerint peccatores, ne obsequaris. Si dixerint, nobiscum ambules, insidiamur sanguini, abscondamus nos, ut innocentibus exitium machinemur, & quemadmodum inferi uiuos absorbeamus probos, tanquam ruentes in uoraginem. Magnas opes reperiemus, ædes nostras spolijs locupletabimus, sortem tuam nobiscum deijce, commune sit omnium marsupium. Mi fili non ambules cum eis, arce to pedem tuum ab illorum uia. Nam pedes eorum ad exitium properant. Frustra tenduntur retia uolucris ob oculos, & isti sibi mutuo insidiantur, nec uita eis inter ipsos tuto est. Hic auari mos est, ne uite quidem

Premiū in tío aduersus scandalū multitudinis, & res secundas impiorum.

ἄνευ γερῶν. xōs dixit, frustra conāri impios, qd. Non profecturis litora bobus arant: Nisi enim retia tegantur, & deceperis aues arte, nihil egeris. Si significat itaq; impiorum conatus irritos

PROVERBIA

esse, sicut ex-
empla Saulis,
Absalonis, Se-
nacherib, &
alia multa si-
milia testan-
tur.

Hic locus continet admonitionem, qua infirmos
animos aduersus duo scandala premunit, aduersus
multitudinis exempla, & aduersus res secundas im-
piorum, quia enim uident infirmi animi, maximam ho-
minum partem impiè uiuere, & uel uoluptatibus de-
ditam esse, uel opes quoquo modo cumulare, uel in-
cessos ambitione, imperia & similes res querere.
Ideo his exemplis trahuntur & ipsi, praesertim cum
uideant impijs bene esse. Itaq; Salomon monet nos,
ut uoluntatem Dei potius respiciamus. Quia enim
Deus fide uult cognosci, ideo tegit suam uoluntatem,
cum sinit impijs bene esse, ne carnalibus oculis uideat-
ur. Huc pertinet totus Psalmus 36. Noli amulari &c.

Sapientia foris clamitat, in pla-
teis uocè ædit, multitudini præit,
pro portis clamitans, & in orbe
concionat. Quousq; tandem im-
periti amabitis imperitiam, & sub-
fannatores subfannatione delecta-
mini, & fatui scientiam odistis?
Aduortite animum ad increpationem
nem

SALOMONIS

nem meam. Ecce spiritum meum uobis
efflabo, sententiam meam exponam.
Cum uoco uos, recusatis, cum por-
rigo manum, nemo aduertit ani-
mum, omnia consilia mea negligi-
tis, & increpationem fastiditis. Pro-
inde, & ego in calamitate ueltra ri-
debo uos, cum subita mala, nihil
tale metuentes, perterrefacient. Tu
uocabunt me, ego uero non exau-
diam, quærent non inueniuri. Nam
oderunt scientiam, & timorem domini
non elegerunt. Fastidierunt consi-
lia mea, & increpationes calumni-
ati sunt. Itaque fructus edent operum
suorum, & consiliis suis saturabuntur,
Nam imperitis exitio sunt illece-
bræ, quibus incauti capiuntur, &
fatuos secundæ res impiorum per-
dunt. Quisquis me audierit, secu-
C

PROVERBIA

rus erit, & in tranquillo.

Querela est, in qua de contemptoribus uerbi Dei queritur. Est autem hæc maxime horrenda comminatio. Vocabunt, & non exaudiam, qualis est in Psalmo est, Clamabunt, & non exaudiam, & de Esau in Epistola ad Hebræos. Hæc loca hortantur nos ad penitentiam, ut timeamus, ne nos abiiciat inter blasphemos. Illi enim non abiiciunt uerbo Dei perterrefacti, credunt Christo. Hos enim ad se retrahit Christus, Venite ad me omnes, qui onerati estis. Addita est et alia comminatio, quod haud dubie impendeant impijs poene, etiamsi differantur, sicut Psalmus 40. dicit, Hæc uia impiorum scandalo est ipsis.

Hortatio ad penitentiam.

Quisquis me audierit, securus erit, & in tranquillo.

Hic sunt addita epiphonemata, quæ clare monent, ut caueamus, ne capiamur secundis rebus impiorum, & dicit illis benefere, qui Deo auscultat, etiamsi aliquanti sper affliguntur, sicut Psalmus ait, Multe tribulationes iustorum, sed ex his oibus liberabit eos Dominus.

CAP II

illi, si acceperis uerba mea, & mandata apud animum reposueris. Ut auscultes sapientiæ accommoda

SALOMONIS

tor, ut probe intelligas, Nã si postulaueris intelligentiã, eãq; accersueris, si uelut argentũ quesieris, & inuestigaueris tanq; thesauros, intelliges timorem Dñi, & Deum cognosces. Deus enim ex ore suo sapientiam, & scientiam, & intelligentiam largitur. Rectis dat successum, protegit probos, ius tuetur, & iter sanctorum suorum custodit. Ita demum intelliges iusticiam, ius, recta, & bonas uias omnes. Cum amabis sapientiam, & placuerit tibi scientia, consilium seruabit te, & intelligentia custodiet te, eripietq; te a mala uia, & a uiro peruersa loquente, & ab his qui regiam uiam relinquunt, & in tenebris ambulant, qui scelere & peruersitate gaudent, quorum peruersæ uie

Vnde fit sapientia, & quo modo fit comparanda.

Fructus sapientie.

PROVERBIA

sunt, quos ipsorū uia arguit deser-
tores esse. Eripiet item sapientia te-
a muliere aliena, quæ se blanditijs
uenditat, & relicto pristino mari-
to, ^{uixit} pacti diuini obliuiscitur. Nam
ruinam minatur domus eius, &
uia eius ad interitum ducit. Quot
quot ad eam accedunt, pereant.
Propterea uiam bonā inlstituto, &
uiam iustorū obserua. Recti in ter-
ra perdurabunt, & probi in ea sup-
stites erunt. Impij e terra extirpa-
buntur, & funditus delebuntur,
quotquot contemnunt Deum.

HOC Caput docet, unde petenda, & quomodo
comparanda sit sapientia. Primum cum hic mo-
net, ut cor accommodemus, damnat hypocrisim
quæ est sine timore, & sine fide, etiam simulat obedi-
entiam uerbi Dei, nec tamen à Deo expectat, aut po-
stulat quicquam. Secundo adiecit promissionem, qua
lis illa est, Pulsanti aperietur, Voluntatem faciet Do-
minus timentium eum, & proponit summam doctri-
nae suæ.

SALOMONIS

nae suæ. Disces, inquit, timorem Dei, & Deum cogno-
sces. Hic uides, in hoc libro uerbum Dei tradi, non hu-
mana inuenta. Neq; enim ostendit ratio doctrinam ti-
moris Dei, aut cognitiois Dei, iuxta illud Pauli, Nō
ascendit in cor hominis. Est autem hæc summa doctri-
nae Christianæ, timere Deum, & nosse Deum, dixi au-
tem supra, quod nosse Deum, sit nosse uoluntatem eius
erga nos, scilicet quod irascatur peccato, & quod ig-
noscat agentibus poenitentiam propter Christū, & q-
ad sit, gubernet, custodiat tredientes. Nec est nosse De-
um, subtiliter de natura diuina disputare. Sed uolun-
tatem eius intelligere, hoc est, timere Deum, & crede-
re misericordiae eius. Sic & in Hieremia scriptū est:
In hoc gloriatur uir, nosse me, quod sim Dominus faci-
ens iudicium & iusticiam & misericordiam, hoc est,
punitens & ignoscens, & misericordiam prestans er-
ga eos qui me timent, mihiq; credunt. Sic complexus
est summam doctrinae Psalmus. Beneplacitum est Do-
mino super timentes eum, & super his qui sperant su-
per misericordia eius. Et Christus apud Ioannē. Hæc
est uita eterna, ut noscant te uerum Deum, & quem
misiisti te sim Christum.

Nosse Deum,
quid sit.

Tertio tradit, unde sit sapientia, nempe à Deo, iux-
ta illud, sine me nihil potestis facere. Sic autem com-
paratur, principio agnoscere debemus, q-
simus peccato modo sit com-
catores, quod ipsi nos gubernare non possimus, quod paranda.

PROVERBIA

ruamus in uaria mala, iuxta illud Osee, Perditio ex te Israel, tantum à me auxiliū tuum. Et exempla Saul, Pharaonis, & aliorum testantur, nihil esse miserius homine, qui à Deo desertus est. Hec cognitio non est quædam frigida cogitatio, sed efficit timorem diuini iudicii. Hoc principium est sapientiæ seu iustificatiōnis sicut Paulus ait: Qui uult fieri sapiens, stultus fiat. Et hic, Si postulaueris intelligentiam. Nam qui postulant à Deo sentiunt sibi deesse. Ad hoc accedat fides, quæ credamus, quod peccata remittantur nobis propter Christum, & quod Deus sit nos gubernaturus, & petamus, ut nos gubernet, sicut in Psal. David orat, Legem pone mihi Domine. Dirige me domine, Vias tuas demonstra mihi &c.

Rectis dat successum.

Hic recitat fructus sapientiæ. Mundus enim iudicat, quod fortuna sit comes prudentiæ, sicut est in quodam præuero dicitur. Sui cuiq; mores fortunā fingunt. Item Vnum quæq; fabricari esse sue fortunæ. Et Iuuenalis ait, Nullum numen abest, si sit prudentia. Sicut igitur ratio arrogat sibi prudentiam, & se posse gubernare uitam existimat, ita putat fortunam in sua potestate esse. Sed hic docet Salomon, quod Deus & prudentiā & successum largitur, sicut et psalmus docet, Fallax equus ad salutem. Item: Nisi Dominus custodierit ciuitatem &c.

Fortuna comes est prudentiæ.

CAP

SALOMONIS

CAP. III.

FILI, ne capiat te obliuio legis meæ, & præcepta mea insigge cordi tuo, ^{Salomon} prorogabunt enim uitam & pacem tibi adferent, miseri cordia & ueritas non deserent te. Suspende hæc a collo tuo, & inscribe tabulis cordis, inuenies enim gratiam & felicem prudentiam coram Deo & hominibus.

in fine I

Confide Deo toto corde, & prudentiæ tuæ ne inuitaris. *hæc præcepta*

Primum præceptum decalogi.

II

In omnibus uis tuis agnosce eū, & ipse diriget gressus tuos.

III

Non cōfidas sapientiæ tuæ. Time Deum, & recede a malo.

C 4

PROVERBIA

INSTITVIT enarrationē totius decalogi, & prin-
cipio interpretatur primum præceptum, id enim
exigit timorem Dei, & fidem erga Deum, sed Sa-
lomon mirifice illustravit per antithesin, Prudentiæ
tue ne imitaris. Itaq; collationem faciemus. Pruden-
tia carnis non timet iudicium Dei. Contra Deus exi-
git ut timeamus. Prudentia carnis confidit, quod per
se possit comparare præsidia uitæ, & recte governa-
re uitam. Diuersam docet spiritus sanctus. Item caro
querit uoluptates, & confidit suis uiribus, opibus.
Prudentia carnis putat se posse eligere opera quæ
Deo placeant, odit crucem, postremo de omnibus ope-
ribus & uerbis Dei male iudicat carnalis natura. Ut
mundus non potuit credere, Christum filium Dei esse,
quia crucifigebatur. Ex his omnibus intelligitur, q̄
ratio siue liberum arbitrium non obtemperat Deo,
propterea debemus postulare à Deo, ut regat nos uer-
bo suo, & spiritu suo propter Christum. Est & addi-
ta promissio huic præcepto, In omnibus uijs tuis ag-
nosce eum, & ipse reget gressus tuos, id est, time De-
um, & fac quæ præcepit, & crede quod sit te guber-
naturus, & defensor aduersus omnia mala, ea fides
uincet in omnibus afflictionibus. Similis locus est
in Psalmo 36. Reuela Domino uiam tuam, & sperate
in eum, & ipse faciet. Et Psalmus 24. Vniuersi qui ex-
pectant te, non confundentur.

Contra libe-
rum arbitriū

SALOMONIS

III.

Honorē habe Deo de substan-
tia tua, & de primitiis oīm prouen-
tuū tuorū, ita fiet ut horrea tua im-
pleantur ad satietatem usq; ad tor-
cularia musto exundent.

Pertinet ad
secundū præ-
ceptū scilicet
pra manifestū
cultum Dei.

Secundum præceptum uetat abuti nomine Dei.
Sed quis sit rectus & bonus usus nominis Dei, docet Enarratio se
Psal. 49. Inuocame in die tribulationis, & eripiā te, cūdi præcep-
& honorificabis me. Est igitur oratio secūdi præcep-
ti impletio, hoc est, agnoscere & confiteri, quod om-
nia bona quibus utimur, sint beneficia Dei, & pro il-
lis agere gratias Deo. Item, inuocare nomen Dei in
omnibus afflictionibus, iuxta illud, Arx fortissima no-
men Domini, iustus curret ad eam, & saluabitur. Itē
Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.
Hic itaq; Salomon de primitiis præcipit, ut Deo offe-
rantur, hoc est, exigit ut externo cultu & inuocatio-
ne fidem nostram ostendamus. Porro uere offerre pri-
mitias, nihil aliud est, nisi confiteri, quod illa bona qui-
bus utimur, sunt dona Dei, sicut clare docent uerba
Deute. 26. Adorato Domino Deo tuo, epulaberis in
omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dedit tibi.
Docet idem Psalmus, Dante te illis escam colligent.

SALOMONI

Aperiente te manum tuam, implebuntur bonitate. Et
 Matth. 6. Pater uester cœlestis pascit illa. Et in orati-
 one Dominica, petimus à Deo panem quotidianum,
 ergo confitemur, quòd ipse largiatur. Porro non tan-
 tum de uictu, sed de omnibus bonis, uita, prudentia,
 eruditione, iustitia sentire debemus, quòd sint dona
 Dei, & quòd tota uita à deo custodiatur et seruetur,
 quòd omnia studia, omnes labores ita sint foelices, si
 ipse fortunet. Sunt itaq; hi duo gradus huius præcep-
 ti confiteri, quòd omnia bona, quibus utimur, Dei do-
 na sint. Alter est, postulare illi, & expectare à Deo,
 & in afflictionibus inuocare nomen dei. Abutuntur
 autem nomine dei, non tantum, qui nihil boni petunt à
 deo, sed etiam illi, qui cum petant à deo, tamen non cre-
 dunt se à deo respici, nec à deo quicquam expectant.
 Addidit Salomon promissionem, de prouentu & uber-
 tate frugum, idem intellige de omnibus negocijs, deo
 benedicente, foelicia futura esse. Hic etiam submonet,
 ut de bonis nostris impertiamur ijs, quibus deus iussit
 impartiri, scilicet sacerdotibus & pauperibus. Nans
 ut ritus primitiarum in lege erat mandatus, ita nobis
 est mandatum, ut de nostris facultatibus inuenius sa-
 cerdotes & pauperes.

V

De cruce.

Castigationem Dei ne repudi-
 es, & ne

PROVERBIA

es, & ne stomacheris cum corripu-
 erit te. Quem enim diligit Deus,
 hunc castigat, eoq; ut pater filio
 delectatur.

In omnibus afflictionibus sentiendum est, quòd de-
 us affligat nos, ut uocet ad poenitentiam. Nam & san-
 ctos ideo affligit, ne fiant securi, sed ut crescat poeni- Deum etiam
 tentia, & fides confirmetur, cum experiuntur se inuua sanctos affli-
 ri. At mundus sentit, quòd calamitates temere sine uo-
 luntate dei nobis obijciantur. Hanc impiam opinionem
 reprehendit Hieremias in Threnis, Quis est ille qui
 dixit, ex ore domini nec bona nec mala egrediuntur.
 Et hic Salomon aperte ait, Deum autorem esse affli-
 ctionum, Disciplinam domini, inquit, ne repudies. Itē
 Paulus ait, Cum iudicamur, à domino corripimur.
 Sed non satis est scire, quòd deus nō affligit, id quoq;
 scire oportet, quòd ideo nos affligit, ut uocet ad poeni-
 tentiam, sicut Paulus ait, Cum iudicamur, à domino
 corripimur, ne cū hoc mūdo dānemur. Itē Esaias, Ve-
 ratio dat intellectū. Itē in Psalmo, Bonū mihi, qd hu-
 miliasti me, ut discerē iustificatiōes tuas. Et Ezech.
 18. Nolo mortem peccatoris, sed ut cōuertatur & ui-
 uat. Sed non satis est in afflictionibus terreri iudicio
 dei, oportet & cōsolationē accedere. Proinde secun-

PROVERBIA

do requiritur in afflictione, ut inuocemus nomen Do-
mini, & credamus quod Deus uelit nobis ignoscere,
& uelit nobis opem ferre, & quod exaudiat nos, eti-
am si nō statim largiatur hoc quod postulamus, quia
ipse precipit se inuocari, *Inuoca me in die tribulatio-
nis.* Item, *Orate sine ira, & sine hesitatione. Sine ira*
id est, ne irascamini, existimātes uos, aut sine Dei cō-
filio, aut iniuste adfligi. Et sine hesitatione, id est, cre-
dentes quod Deus sit uobis opitulaturus. Ita intelligē-
da est & hæc sententia Salomonis, Ne repudies casti-
gationem Dei, id est, ita accipias tāquam beneficium,
quo uoceris ad poenitentiam & cognitionem diuinæ
misericiordiæ.

Beatus est qui sapientiam inue-
nit, & qui consequitur intelligenti-
am. Melior est enim fructus eius q̄
argenti, & prouentus eius uberio-
res sunt auro, præstat gemmis, &
præciosa omnia uincit, uitæ pro-
rogatio est ad dexteram eius, & ad
sinistram diuitiæ & gloria, uia eius
amabilis est & foelix. Hæc lignum
uitæ est, cuiuscunq; contigerit, & be-
atus est,

SALOMONIS

atus est, quisquis eam nactus fue-
rit. Deus sapientia fundauit terrā,
& condidit celum intelligentia, &
scientia eius ab ypsi deriuantur, &
nubes rorem pluunt.

Mundus existimat, promissiones Dei, & commu-
nicationes irritas esse, quia ut det aliquando improbis
bene esse, & pijs male, cum tamen uerbum Dei mine-
tur improbis, & bona pijs promittat. Hic contra do-
cet uerbum Dei efficax esse, quia omnia uerbo Dei cō-
dita sunt, ergo haud dubie euenient etiam ea, quæ De-
us prædixit. Ergo pij defendentur, seruabuntur, etiā
si mundus hæc non uideat, & contemnat minas dei,
& sequatur suas cupiditates, & querat præsidia ui-
tæ alia præter deū. Huc pertinet Psalmus 22. & Psal-
mus, in æternum domine permanet uerbū tuum. Hic
igitur locus armat nos aduersus scandalum crucis, *Locus aduer-*
& iubet intueri uerbum dei, promissiones ac minas, sus scandalū
etiamsi carnalibus oculis diuersum fieri uideatur. In crucis.
uerbo enim uita est, etiamsi caro nihil nisi mortē cer-
nat ac sentiat. Adhunc usum prædicatur nobis uerbi
potentia, quod omnia sint per ipsam condita, omnia
per ipsam conseruentur.

Fili, huc defige oculos, ne suc-

PROVERBIA

cessum & consilium amittas. Hæc uitam animæ suppeditant, & orationem gratiã. Securus ambulabis in uia, nec pes impinget. Cum dormies, non terreberis. Cum ibis cubitum suauiter dormies, nec metues subita mala, & impiorum tumultum, Deus enim tuebitur te, & custodiet pedem tuum, ne capiaris.

VI

Ne recusa benefacere alijs, si a Deo suppetit tibi, unde largiri possis.

VII

Ne dic proximo tuo, Abi, redi cras dabitur, cum modo possis gratificari.

VIII

Ne machinare proximo malũ, qui abste nihil metuit

*Precepta
charitatis.*

Bis dat qui cito dat.

SALOMONIS

IX

Ne litiga frustra cum homine, qui te non læsit.

X

Ne æmulare hominem iniustũ nec elige uiam eius, Quia abominatur Deus desertorem, & rectus ostendit consilium suum.

Domui impij maledicit Deus, sed habitaculis iustorũ benedicit.

Subfannatores subsannat, & humilium miseretur.

Hæreditas sapientum gloria est, at exaltatio fatui est ignominia.

Id est, res secunde impiorum non sunt diuturnæ, iuxta Psalmum, Vidi impium exaltatum, transiit, & ecce non erat.

De scandalo ne offensi secundis rebus impiorum deseramus deũ.

Huc pertinet Psalmus 36. Noli emulari &c.

Mine et promissiones ad dita præceptis, exigunt timentem & fidem.

CAP. III

Instituit ad-
hortationem
Subinde idem
inculcans, ut
uerbo dei ob-
temperemus
quia nisi rega-
mur uerbo
dei, futurum
sit, ut in uari-
os errores,
peccata, cala-
mitates inci-
damus.
Idem docet
Psalms 50.
Beatus uir.

AVDITE filii paternam casti-
gationem, & adijcite animū
ad cognoscendam intelligentiam.
Doctrinam enim bonam uobis
propono, legem meam ne relin-
quite. Fui & ego patris mei filius,
& inter filios matris tenerrimus &
unicus, docuit me, & dixit:
Si doctrinam meam amplexus
fueris, & praecepta mea custodie-
ris, uiues. Compara sapientiam,
compara diligentiam. Ne obliuiscere,
ne discede a sermone meo,
seruabit te, si non deserueris, custo-
diet te, si dilexeris.

Præ omnibus fructibus sapientū
cōpara sapientiam, & præter facul-
tates tuas intelligentiam posside.

Id est, præ secundis rebus amplectere uerbum Dei,
etiam si uerbum Dei uideatur secum adstrictiōes affer-

re, tu

re, tu tamen uerbum Dei malis amplecti, quā illas
res secundas impiorum. Vocat autem fructus sapien-
tium res secundas, quia Deus promissit eas sapienti-
bus & sanctis, & tamen fit, ut impij aliquandiu eis
fruantur. Sunt autem praeuia promissa iustis, sicut
adparet ex benedictionibus in lege. Verum Deus
certo consilio sinit haec praeuia possidere iniustos.

Quod si eam magnificeris, te
uicissim exaltabit. Si fueris eā am-
plexus, uicissim te glorificabit, or-
nabit, coronabit.

Audi fili, & sermonem meum
accipe, ut prorogetur tibi uita. In
semitam sapientiae, & in regiam
uiam deducam te, ubi iter faciens
nō angeris, nec ruēs cum cures.

Perdura in castigatione, ne de-
fatigeris, obserua eam, uitā enim
adfert tibi. In semita impiorum ne
uersare, nec incede in uia malorū,
sed deuita eam, nec per eam tran-

D

Fructus sapi-
entum, res se-
cundae.

ea, & præteri, Neq; enim dormire possunt, nisi malū aliquod facinus perpetrarint. Nec capiūt somnum, nisi ruinam fecerint. Victitant enim pane impie quæsito, & uinum bibunt iniuste partū. Via iustorum sicut lux in clarescit, que subinde fit illustrior, ad medium usq; diem. Via impiorum ceu caligo est, nesciunt ubi ruant.

Præcepta, de sermone, oculis, & incessu

Fili aduerte animū ad sermonē meum, ad sermonē meum inclina aures tuas, in hunc defige oculos, adserua in corde tuo. Vitam em̄ adfert ihs, q̄ inueniūt eum, & est salubris omnibus. Sumā cura custodi cor tuū, inde em̄ uita egredit̄.

Depone peruersos sermones, & blasphema labra remoue ab te.

Ne passim uagent̄ oculi, sed reſta te præcurrant.

Re

Recta incede, & uia tua recte sint. Ne declina ad dexteram aut sinistram, defleſte a malo.

Posteriores due sententia, tanetsi uidentur tantum de modesto incessu præcipere. tamen possunt accommodari etiam ad alia, ne oculi contēplantes aliorum lautioſorem fortunam, incitent nos ambitione, inuidia, aut similibus morbis, sed sit unusquisq; sua sorte contentus, & Deo seruiat in ea uocatione, ad quam accersitus est, sicut Christus præcepit Petro, Quid ad te, si uolo eum sic manere. Tu me sequere. Nam & Petrus cupiebat alterius dona habere, at Christus iubet eum seruire pro sua uocatione. Latē patet hoc præceptū, nihil enim uulgariū est, quā fastidire propriam sortem, & splendidiore cupere.

Unusquisque seruiat suæ uocationi.

F CAP. V.

Fili, animaduerte sapiētīā meā, aures accommoda prudentiæ, ut obserues cōsilia, & custodias sciētīā.

Stillās fauus est scorti os, & mollius est q̄ oleum, collum eius. Verum postrema amara sūt uelut ab-

Prohibet scortationem.

lynthium, et acuta ceu gladius, pedes eius ad mortem descendunt, & ad inferos properant gressus eius. Non recte incedit in lemita uitae, uagi sunt gressus eius, quos nec ipsa agnoscit.

Proinde, fili ausculta mihi, nec a sermone meo discede, uiam eius procul fugito, nec accede ad fores aedium eius.

DE PRODIGALITATE.

Ne des alijs facultates tuas, & annuos proventus tuos, ne effundas in crudeles, ne opibus tuis alieni ditescant, et pecunia tua in alienas aedes transferatur. Tandem enim gemes, ubi uictum tuum consumpleris, ac dices: Cur odi castigationem, & increpationem subseruauit, nec magistris auscultauit, nec aures

Crudeles uocat, qui sui commodi causa simulant cum aliquibus amicitiam.

audes prebui ijs, qui meliora docebant, pene obruerunt me omnia mala, cum in conciliabulis hominum uersarer.

Id est, exemplis impietate multitudinis pene & ipse corruptus sum.

DE VSU RERVM PROPRIARVM.

Bibe aquam e tuis fontibus, & tui fontis riuulos bibe. Fontes tui foras deriuentur, et riui promanent in plateas. At tu dominus esto hominum solus, non alieni tecum. Benedictetur enim fontibus tuis.

MULTA docet hic locus. Primum ut nostris rebus utamur, quod docet & preceptum de non furando. Hic mendacitas etiam prohibetur, ijs qui laborare possunt. Praeterea cum de nostrarum rerum usu praecipit, docet etiam laborandum esse, sicut & Paulus ait: Laboret unusquisque manibus suis, ut habeat unde det. Et ut rerum nostrarum usus praecipitur, ita praecipitur ut nostrum laborem, nostrum officium faciamus, ut doctores doceant, di-

Præcipitur labor.

PROVERBIA

scipuli discant, milites militent, agricolæ colant terram, sic infra ait: Agrum tuum colito, non alienum. Reliqua pars præcepti tradit officia charitatis. Fontes tui deriuentur foras, id est, de tuis facultatibus iuues alios, largiaris alijs, aliorum necessitatem quantum poteris, subleua. Sed hic etiam docet modum in dando. Nam iubet, ut unusquisq; sui fundi dominus maneat, cum ait: Esto fontium dominus. Sed ex fontibus deriuentur riuus ad alios, id est, ex fundi fructibus iuuentur alijs, ita largiaris alijs, ut non redigaris ipse ad mendicitatem, ne ex tua domo, ex tuo fundo

De rerum cõ
muniõne, que
stio.

extrudaris. Hic queri solet de rerum communione. Liceat ne Christianis habere proprium. Respondeo. Hic textus aperte docet, licere nobis habere proprium. Docent idem, Christus & Paulus de diuitibus. Paulus enim ait: Præcipe diuitibus, esse liberales, nec ait, Diuitias habere, peccatum esse. Et 2. Corinth. 9. ait: Unusquisq; secundum propositum cordis, non ex molestia, aut ex necessitate, id est, nemo cogatur omnino discedere à suis facultatibus. Proinde sic est iudicandum, quod cum reru diuisio ciuilibis quædam ordinatio sit, facta diuinitus in mundo ad pacem, liceat nobis hac ciuili ordinatiõne uti, sicut Paulus ait: Qui utitur mundo, sic utatur tanquam non utens. Qui emit, sic emat tanquam non teneat. Proprium igitur tenere, seu habere diuitias, est res externa ceu ciuilibis,

SALOMONIS.

20

lis, sicut esse uestitum pallio aut toga, nec est contra iustitiam Christianam, sicut nec inopem esse, Christiana iustitia est. Proinde hic locus diligenter est obseruandus, aduersus Fanaticos quosdam, qui uociferantur, Christianos debere discedere à suis facultatibus. Postremo, charitatis officia sunt necessaria, ut ex facultatibus non maligne, aut parcè demus, sicut Paulus ait, & Psalmus docet: Dispergit, dat pauperibus. Hoc non est necessarium, ordinationem ciuilem de rerum diuisione tollere, imò, docere eam ordinationem esse tollendam, est impium.

Benedicetur.

Hic etiam memineris, additam esse promissionem, Benedicetur fontibus tuis. Et apud Paulum amplissime promissiones extant. 2. Corinth. 9. Qui parcè seminat, parcè & metet, qui seminat copiose, metet copiose. Istiusmodi promissionibus non modo inuitat & prouocat nos Deus ad benefaciendum, sed etiam testatur, quod omnia bona uere ab ipso proficiantur, quod ipso donante ditescamus. Quidam hoc loco abutuntur, κατ' ἀνάγκην, que sanè non est intempestiua. Interpretantur enim, Bibe aquam è tuis fontibus, debere unumquemque

PROVERBIA:

*Allegoria se= per sese cognoscere doctrinam Christianam, ut admo-
stius. nere ac docere se ipse possit, nec tantum alienis ocu-
lis uideat. Nec est absurda translatio à corporalibus
diuitijs ad spirituales. Ut prodest, domi, repositum
uictum habere, ita conducit, in promptu habere do-
ctrinam Christianam, unde unusquisq; sibi ac alijs re-
cte consulere queat.*

DE CONIVGIO.

Exhilaret te uxor, quam adole-
scens ducis, ceu iucunda cerua, et
uenustus hinnulus. Illius amore
perpetuo contentus esto, & amo-
re eius semper fruere.

VITUPERAT SCORTATIONEM.

Cur seduceris fili mi a scorto, &
alienam amplecteris mulierem?
Non procul oculis Dei sunt uitæ
hominū, is omnes eorum semitas
consyderat. Sua ipsius improbita-
te impius capit, & suis laqueis irre-
titur. Morietur cum non sit castiga-
tus,

PROVERBIA

tus, eritq; ei exitio ingēs stultitia.

CAP. VI.

Flli, si pro altero sponderis,
obstrinxisti fidem tuam, irreti-
tus es tuis uerbis, captus tuo ser-
mone. Proinde fac ut expedias
te, posteaquam in manus proximi
incidisti. Vade, curre, insta proxi-
mo tuo, ne cōcedas somnū oculis,
neue obdormia. ut palpebræ. Eua-
de, sicut e manibus uenatoris ca-
prea, aut auicula e manibus aucu-
pis euadit.

Non uetat spondere, & officia charitatis præ-
stare, sed uetat confidere hominibus. Ideo, in-
quit, captus es, iuxta illud, Nolite confidere
in principibus, in filijs hominum, in quibus non est fa-
tus. Item, Maledictus qui confidit in brachio carnis. *Fiducia in ho-*
Item: Pater & mater dereliquerunt, Dominus autem *mines dec-*
suscepit me, *Experimur autem quotidie, quomodo-*
pit.

PROVERBIA

nos decipiat fiducia in homines, qui tantisper sunt amici, dum sunt res secundæ. Hæc fiducia exuēda est, sed enim Deo debetur fiducia, idq; est sacrificium Deo gratissimum, iuxta illud: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Sic etiam in rebus spiritualibus, non ex hominum opinionibus, uel exemplis, sed ex uerbo Dei pendere debemus.

Abi piger ad formicā, contem-
plare mores eius, ut sapiens fias, il-
la tamen nec prin ipem, nec pre-
fectum, nec ducem habeat, tamen
in æstate cibū parat, & colligit in
messe alimētum. Quandiu piger
dormies? quādo a somno surges?
Paulū modo, inquis, dormitabo,
paulū modo somno uacabo, pau-
lum modo cōseram manus, & cō-
ponam me ad recumbendū. At in-
terea ceu uiator ueniet inopia, &
opprimet te paupertas ceu latro.

Hæc duo coniungit Scriptura, laborem & bene-
dictionem Dei. Sine benedictione Dei labor est irri-
uus.

Præcipit ut
laboremus.

SALOMONIS.

22

tus, sicut Psalmus ait, Nisi dominus ædificauerit do-
mum. Et rursus nō benedicit Deus, nisi laborātibz,
id quod illa ipsa similitudo Psalmi, quem modo cita-
uimus, indicat. Sicut sagittæ, filij iuuenes, quasi di-
cat, Illi quibus Deus benedicit, laborāt, & sunt acres
& ueloces sicut sagittæ. Item, Labores manuum tua-
rum quia manducabis, beatus es. Et pertinet huc pa-
rabola de negotiantibus, Matth. 25. Et præcipit Pau-
lus, ut laborei unusquisq;. Quod autem hic formicæ
exemplum proponit, & iubet nos ab isto uermiculo
discere. Primum considerandum est, quomodo natu-
ra nostra uitata sit, bestia parent illi sensui quem a
Deo acceperunt, homines non parent, ita corrupta
caro est per peccatum originale. Formicæ ultro stu-
grant studio laborādi sic homines ultro, & propter
uoluntatem Dei debebant laborare, magna & inde-
fatigabili sedulitate, sed caro querit otium, fugit æ-
rumnas, & contemnit Dei mandatum de labore. Itaq;
Deus ordinauit magistratus, qui cohercerent car-
nem, & ad laborem adigerent. Proinde cum possu-
lat, ut formicæ exemplum initemur, præcipit ut pro-
pter uoluntatem Dei, ultro & sedulo laboremus, si-
cut formica obtemperat uoluntati Dei, & creationi.
Considera aut, quāto opere Deus execretur otium, &
quomō maledicat otio, qd experientia docet, inde om-
nis generis uitia nasci. Ideo Ezechiel dixit: Peccatū
Sodomæ fuit supbia, saturitas panis, & abundantia,

Laborātibz
benedicit
Deus.

Deus execra-
tur otium.

PROVERBIA

Otium. Viderunt & Eihnici, quanta mala otium pariat. Sed nos sentire debemus, ea mala propter maledictionem Dei ex otio sequi. Itaq; incitet nos ad laborandum timor Dei, cum considerabimus & preceptum Dei, & penas impendentes. Incitet etiam fides, quoniam promisit Deus se gubernaturum labores, & benedicturum esse sedulitati nostrae.

Nihili homo, uir iniquus, ore peruerso incedit. Fingit uultu ac incessum, digitis gesticulatur, peruerso corde, malum semper molitur, & contentionum author est. Proinde innox obruetur calamitate, cõtereturq; neq; quisquam ei mederi poterit.

Hæc sex odit Deus, septimum etiam plane abominatur, Superbos oculos, Mendacem linguã, Manus, que innocenter sanguinẽ fundunt, Cor iniqua consilia machinans, Pedes qui properant ad mala

SALOMONIS

mala, Testem mendacẽ, Authorem dissensionis inter fratres.

Describitur hic hypocrita, qui fingit uultum, gesticulatur manibus. Sed doctrina eius, & consilia, facta produnt impietatem, sicut Christus ait, Lupos illos tectos esse ouium pellibus. Sed hic Salomõ facit extremum gradum eorum, qui dissensiones excitat, eiusmodi maxime sunt in Ecclesia authores heresum & schismatum. Christus pronunciat pacificos beatos esse, & uocat eos filios Dei. Quare authores dissensionum filij Diaboli sunt habendi, quales fuerunt Absalon, Abitophel, Arrius.

Fili, præcepta patris obserua, & legem matris tuæ ne reijcias, alliga ea cordi tuo, & adnecte gutturi. Cum ambulaueris, ducet te: cum dormies, excubabunt super te, & cum surges, loquere ea. Est enim præceptum lucerna, & lex lumẽ, & uitam adfert increpatio & castigatio. Memineris præceptorũ, ut custodiãt te a scelerata muliere, & a blanda

ablāda lingua scorti. Ne pulchritudine eius inflammeris, neue capiant te oculi eius. Captat em̄ scortum frustum panis, adultera uitæ etiam insidiat. Sicut fieri nequit, quin adurat uestē, quisquis ignē in sinu fouerit: & pedes haud dubie læserit, quisquis supra carbones incesserit. Ita quisquis ad alterius uxore accesserit, quisquis attigerit, feret infortunium.

Non est probro furi, cum esuriens furatur, ut uitā sustēret. Nam deprehensus, uel septuplum, aut rem familiarē suam uniuersam rependerit. At stulti cum mœchant uitam amittūt, plagam et dedecus auferunt, nec ignominiam unquā abolere possunt. Nam apud uirū, cum zelotypia uritur, non est ue-

niæ locus, sicubi ulcisci datur: nec ignoscet, ut maxime placare coneris: nec muneribus, quamuis multa offeras, flecti se patitur.

*Argumentum à pœnis legis tractum est. Lex puni-
nit capitaliter adulterum, nec est q̄ putes te elabi posse. Nam cum lex sit uoluntas Dei, haud dubie dantur pœnas impij, Deus enim uoluntatem suam exequitur. Quod autem dicit: Non est probro furi, non est ita accipiendum, quod furari non sit peccatum, sed quod non adferat infamiam post satisfactionem, peccatum est coram Deo, probrum ciuilitate non est, si quis iuxta legem, reddiderit quadruplum.*

CAP VII

DE ADULTERIO.

Flli, sermonem meum serua, & p̄cepta mea manda memoriae. Quod si seruaueris p̄cepta mea & legem meam uelut oculorū pupillas, uita tibi continget. Age, suspende ea a digitis tuis, inscribe tabulis

bulis cordis tui. Cōplectere sapi-
entiam tanq̄ sororem, et intelligē-
tiam tanquam amicam, ut custodi-
ant te ab aliena muliere, a scorto,
quod blāditijs tibi insidiat̄. Ego,
cum per fenestram ediū mearum,
per cācellos prospicerem, uidi inē
imperitos adolescentē stultū, cre-
pusculo transeuntem in platea, ad
angiportū nō procul a scorti ædi-
bus. Ecce, ibi occurrit ei mulier,
meretriceo habitu, fraudulenta,
clamosa, malemorata, cuius pe-
des domi nunq̄ quiescunt, et q̄ in-
sidias struere solet, domi, foris, in
uicis omnibus. Hęc amplexa iuue-
nem dissuauatur impudentē, & in-
quit: sacrū hodie feci, quare pdij,
ut quærerem te, ac occurrere tibi,
bene cessit, inueni te, lectū orna-

alud

si uarie

ui uarie, & construi Aegyptijs ta-
petibus, frondibus, myrrha, aloē,
& cynamomo, Ades, amori indul-
gebimus in crastinum usque, amo-
re nos exhilarabimus. Neq̄ enim
domi maritus est, sed procul abiit,
accepto secum uiatico, nec certum
est quando sit rediturus. Iuuenis
multis illecebris & blanditijs ex-
pugnatus, ac perpulsus, sequitur,
& ceu ad lanienam bos, ac ueluti
compedibus iniectis, quibus fatui
uincti cohercentur, pergit, donec
telo iecur ictum findatur, & per in-
de atq̄ auis ad laqueum properat,
ignorans se insidijs excipi.
Proinde, filij audite me, & an-
aduertite uerba mea. Ne expatie-
tur ad uias eius cor tuum, neue in-
grediare semitis eius. Multis enim

E

PROVERBIA

fauciauit ac struit, & oēs fortes iugulauit. Domus eius uiæ inferiorum sunt, isthac ad mortem iter est.

HÆC longa descriptio habitus, & gestuum adulteræ, significant furiosam mentem. Punit enim Deus adulteros & scortatores, singulari quadam amentia, ideo Oseas inquit: Fornicatio & uinum auferunt corda. Et Paulus ait, Non potestis simul esse membra scorti, & templa spiritus sancti, quibus uerbis significat singularem quendam furorem esse in eo genere.

CAP VIII

Rursus adhortatur, ut uerbum Dei cognoscant, ut uerbo dei obtemperet. Dicit autē se conspicua loqui, quia uerbum dei debet omnibus esse

NONNE sapientia clamat? & intelligentia ædit uocem? in summis uerticibus, in uia inter leuitas stans, iuxta portas ciuitatis in foribus clamitat. Vos uoco uiri, uox mea ad filios adam, intelligite imperiti astutiam, & fatui resipiscite. Audite, loquor enim conspicua, &

SALOMONIS 26

cua & aperiā labia, ut recta doceā. Quia ueritatē loquet guttur meū, & abominantē labia mea impiū, iusti sunt oēs sermones oris mei. Nō est in eis puer sum ac subylio. Plani sunt prudētibus, & recti sunt scientiā sectantibus. Accipite castigationē meā prę argento, & scientiā p̄ auro electo. Quia melior est sapientia margaritis, & oninia iucūda non possunt ei conferri.

notum, omnibus esse ob oculos. Deu. 6. Plani prudentibus. iuxta illud intellectuus bonus omnibus faciētibz ea. Illi. n. intelligūt uerba dei, q̄ spiritu dei agūtur qui timent deum, qui credunt Deo.

Ego sapientia adiungo mihi astutiam, & scientiam consilij.

Timor Dei odium est mali, superbiam & arrogantiam, & uiam malam, & os peruersum, odi.

Ego intelligentia sum, penes me est potentia.

Per me reges regnant, & principes constituunt iusta, per me do

mini dominantur, & regnant omnes iudices terræ.

Magistratus à deo est constitutus.

SIGNIFICAT Magistratus esse uerbo dei constitutos, ideoque non potest è mundo tolli ciuilibi oratione, sicut nec sol potest è mundo tolli. Huc pertinet 17. cap. ad Romanos, & sententia illa Iosaphat. Iudicium dei exercetis. Sed dicat aliquis, Quomodo potest Magistratus à deo esse, cum imperia constituantur per latrocinia, sicut Iulius inuasit imperium cõtra ius? Respondeo, Persona & res discerni debent. Sicut coniugium est ordinatio diuina, & tamen fieri potest, ut aliquis ducat uxorem propter auariciam, ibi tamen uxor uiro, & uir uxori alligatur. Ita magistratus est à deo non tantum quemadmodum mala quæ sunt à deo, sed tanquam præcepta dei, & singula res ordinationes dei, & quanquam aliquis abutatur Magistratu, tamen subditi debent parere propter ordinationem & uoluntatem dei. Propterea sicut à deo sunt magistratus, sic etiam leges. Nam & ille ipsa leges, per quas regnât, sunt dona dei, collata nature humane, ut pacem inter se homines retinere possent.

Ego diligentes me diligo, & que-
rentes me. Diuitiæ & gloria penes
me, opes duraturæ, & iustitiæ. Me
lior

lior est fructus meus auro & obrizo, & prouentus meos argento electo. In uiam iustam duco, & in feras mitas iudicij, ut recte ditem diligentes me, & thesauros eorum cumule.

Dominus possedit me initio uigine sue, ante opera eius eram, ab æterno ordinata sum, ab initio ante terram. Nondum abyssi erant cum formarer, nondum fontes aquis redundabant, priusquam montes submersi sunt aquis, & ante oculos formata sum. Nondum fecerat terram, & fines eius, & uertices puluerum orbis: cum coelum erigeret ibi ego eram. Cum circulum constitueret abyssis, cum nubes desuper formaret, cum fontes abyssi conderet, cum poneret mari terminum, & aquis, ne prætergrediantur lo-

cum suum. Cum constitueret fun-
damenta terre, aderā, adiuuabāq;
sum in delitijs eius quotidie, ludo
coram eo semp, ludo in orbe terre
eius, & delecto filios hominis.

*Verbum dei est æternum, & sicut uerbo sunt om-
nia condita, ita sustentantur omnia. Memineris autem
hic repeti præconiū potentiæ uerbi Dei, ideo ne à uer-
bo Dei discedamus, etiam si nō statim carnalibus ocu-
lis cernantur ea, quæ promittit aut minatur Deus.
Quod ait, Ludo in orbe terre, significat uerbum Dei
publicatum esse, & mundo exhibitum. Ludit autem
inter homines, quia regit, seruat, terret, cōsolatur, ui-
uificat, & adfert uitam æternam, defendit nos aduer-
sus Satanam, & aduersus portas inferorum.*

Nunc itaq; filij audite me, beati
qui uias meas obseruant. Audite
castigationem, & sapite, & ne ne-
gligite. Beatus qui audiet me, &
aduigilat ad fores meas quotidie,
ad obseruanda limina ianue uite:
uitam enim iuuenit, quisquis me
inue

inuenerit, & hauriet uoluptatem
a Domino. Qui peccauerit in me,
iniurius est animæ suæ. Quisquis
odit me, mortem diligit.

CAP IX

SAPIENTIA ædificauit domū
suam, dolauit innumeras colū-
nas, mactauit uictimas, & fudit ui-
num, & instruxit mensam suam.
Misit puellas suas, uocatum ad ar-
cem excellam ciuitatis. Imperiti
huc declinent. Et stultis dixit. Ve-
nite, comedite panem meum, et bi-
bite uinum quod miscui uobis.

Si reliqueritis imperitiam, uita
continget uobis, & ingrediemini
in uiam intelligentiæ.

Qui castigat subsannatorem, sanctū canit;
ignominia afficietur, & corripi-

*Hæc allegori-
a significat
uerbum Dei
reuelatū esse
mundo, & in-
uitare oēs ad
cognitionē de-
i & ad bonos
mores sicut
& propheta
clamat, Au-
dite oēs gen-
tes, et similia
Conuenit cū
sentētia Cri-
sti, Ne detis
sanctū cani;*

ens impium, contaminabitur.

Ne corripes subsannatorem, ne oderit te,

Si corripueris sapientem, diliget te.

Da sapienti, & sapientior erit.

Si docueris iustū, prudentior erit.

Inicium sapientiæ timor Domini, & intelligentia est sancta cognoscere. Nam per me uita prorogatur, & augetur anni tui, Si sapiens, tibi sapiens, & si subsannator fueris, tu feres.

Sancta cognoscere, quasi dicat intelligentia est, non res prophetas, sed uoluntatem dei cognoscere, iudicium & misericordiam.

Mulier fatua, clamosa, blanda, & ignaua sedet in foribus domus suæ, in sella excelsa urbis. Vocat prætereuntes, & qui recta incedunt Imperiti huc declinent, & stultus ait: Aquæ furtiuæ dulces sunt, & panis clandestinus iucundus est, Nec

Nec scit quod mortui ibi sint, & in profundo inferno conuiuæ eius.

CAP. X.

SAPIENS filius patrem gaudio adficit.

At stultus filius matrem adfligit.

HACTENVS cōmunes adhortationes, & quædam decalogi enarrationem tradidit. Nunc primum incipit recitare γλώσσῃ. Et quemadmodum supra initio tradidit præceptum, de colendis parentibus, ita hic in ipso uestibulo sententiarum idem repetit. Quia enim populū legis, id est, infirmos docere instituit, addit non modo doctorem, sed etiam gubernatorem & exactorem doctrinæ legis. Constituit enim deus parentes & Magistratus, qui sunt itaquam paedagogi, sicut ait, Virga in tergo stulti. Sed cur uocat filium sapientem? cum etas puerorum non habeat sapientiam, ait enim infra, Stulticia cognata est cordi pueri. Respondeo. Sapientem filium simpliciter eum uocat, qui parentibus obtemperat, & sese gubernari, iuxta dei mandatum patitur. Est ergo sapientia puerorum, non gubernare alios, aut sese, sed gubernari ab

Præceptum de colendis parentibus.

PROVERBIA

Premiū libe-
rorū obediē-
tiū parētibus

alijs. Præcipit igitur hoc quoq; loco Deus, ut infirma
ætas subdita sit, & patiatur se ab alijs regi. David ad-
dit, quomodo pueritia regenda sit, cum inquit, Quo-
modo corrigit adolescens uia suā? in custodiendo ser-
mones tuos. Est igitur proponendū et inculcandū illi
ætati uerbi dei. Adicit & promissionē, Gaudio affi-
ciet patrē, id est, deus pueros obediētes seruabit &
defendet, & faelices efficiet, nā faelicitas liberorū est
summa uoluptati parentibus. Sed quia transfert pro-
missionē ad parentes, significat qualia bona, qualē fae-
licitatem polliceatur deus pueris, nempe uera & du-
ratura bona. Non ait, Pueri afficientur gaudio, nā pu-
eri nō satis intelligunt uera bona, itaq; nō perinde de-
lectantur ueris bonis. Adā maiore dolorē ex scelere
Cain concepit, q̄ ex morte Abel. Iacob magis delecta-
uit patrē Isaac, q̄ frater Esau, tamen si Esau opibus &
gloria mundi magis floreret. Itaq; subindicat uera et
æterna bona his permitti, qui parētibus obtēperant,
quoniam eiusmodi bona promittit, quæ parentes uere
delectent, et tã si nō perinde intelligantur à pueris.

Non profunt thesauri impio.
Iusticia uero liberata a morte.
Non perdet Dominus fame ani-
mam iusti.

Impro-

SALOMONIS

30

Improba cōsilia impiorū pdet.

Promissiones sunt additæ præceptis, quæ exigunt
fidem, sæpe autem repetuntur, quia spiritus sanctus di-
ligenter nos munit aduersus scandalū crucis. Etenim Locus censo-
cum malis bene esse uidemus, & contra bonis male, lationis,
offenditur caro, nec iuari nos à deo iudicat. At uer-
bum dei postulat, ut credamus nos iuari, defendiq; à
Deo, etiam si aliquandiu sinat nos exerceri afflictio-
bus omnis generis. Idem docet Psal. Noli emulari.

Egestatem adfert manus ociosa.
Sed manus sedulorum ditescit.

Non semel in hoc libello repetitur præceptum de Præcipitur
labore. Nam cum amor ocij & uoluptatum penitus in labor.
natura hominis hæreat. Spiritus sanctus sæpe nos ad-
monet, ut acuat diligentiam in nobis. Hic interpretā-
tur alij, Egestatem adfert manus dolosa, quod nos in-
telligimus figurate dictum, pro manu ociosa. Sicut ar-
cum dolosum uocat scriptura, qui fallit, & nō ferit sco-
pū. Sic dolosa manus uocatur, quæ nihil agit, nec per-
ficit officium. Proprie autem uidentur hic taxari hi,
qui simulant se laborare, & id negligenter faciunt, ut
Magistratus negligentes, qui cessant in magnis & ne-
cessarijs rebus gerendis, occupati interea in pompis
publicis, aut alijs nugis apparandis.

Qui colligit in messe, prudens est.

Et q dormit in æstate, cõfundet.

Tempus in
omnibus est
obseruandũ.

Non admodum distimilẽ sententiam proximo pro uerbio continet, præcipit enim, ut obseruemus tẽpus & occasionem in rebus agendis, & in suam quisq; of ficitum, pro tempore faciat, ut discant iuuenes, doce antq; periti ac senes, ut laborent & quærent uictum imbecillioribus alij, dum uires sunt integræ, ut urge at unusquisq; oblatam à deo occasionẽ, bene gerendæ rei. Paulus ad Rom. 12. in eadẽ sententiam iubet ser uire tempori. Ad fine uidetur his esse adagiũ, quòd præcepit uiri foro.

Benedicetur capiti iusti.

Et os impiorum obruet iniuria ab ipsis concepta.

Momoriæ iusti benedicetur.

Sed nomen impiorum sordebit.

Sæpe in hoc libello eadẽ sententia alijs uerbis ef fertur. Nec tamen alia ulla crebrius repetita est, quam hæc promissiones & comminationes, iustos sibi curæ esse, à se regi, seruari ac defendi, impios daturos esse poenas impietatis. Dixi autem paulo ante, hæc ideo in culcari nobis, ut fides confirmetur in afflictionibus, quia carnalibus oculis nulli minus uidentur deo curæ esse, quam sancti, cum opprimantur ac occidantur à mundo

mundo. Sic conuiciantur etiam Christo: Si filius dei est, descendat de cruce &c. Porro in his locis est uide re, quid intersit inter præcepta philosophorum de moribus, & Prophetica scripta. Prophetæ hanc doctrinæ partem de uoluntate dei, de fide, de timore, de cruce, in primis urgent, Philosophis hæc priorsus ignota sunt. Caterum pleræq; sententiæ in hoc libro uidentur ad uerbum sumptæ esse ex Psalm. is, ut hoc loco etiam apparet, ut enim Psal. iii. scriptũ est, in memoria eterna erit iustus, ita hic inquit, Memorie iusti benedicetur, id est, Etiam si mundus persequatur & cõ demnet sanctos, & impingat eis omnia crimina, tamẽ deus eorum meminit eosq; defendit, & cum uolet, glorificabit.

Discrimẽ phi
losophorũ et
prophetarũ.

Christus accusatus est, quòd concitaret seditionẽ quòd regnum occupare conaretur. Sed resurrectio de clarauit eius innocentiam.

Sapiens corde accipiet præcepta, At stultum os uapulabit.

Sapiens quis
dicatur.

Quidam adeo præfacti sunt, ut admoneri nolint It. q; sapientem uocat, qui admonitus auscultat, qui resipiscit, qui poenitentiam agit, uerbo dei cõmotus. Ecce contra, pertinaciæ suæ poenas dant, qui non resipiscunt moniti, sicut Pharao, cũ reuocatus ab impio proposito, contempsit uocem dei, tandem iustas poenas superbie suæ dedit.

PROVERBIA

Probus ambulat secure.

Qui uero peruerit uias suas,
deprehendetur.

Probi securi
sunt.

Probi, quia sciūt se Deum custodem habere, securi sunt, sicut Psalmus 22. testatur. Si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu memcum es. Qui huiusmodi sententias ciuilitate interpretantur, iudicant causam securitatis esse, quod probi non sint sibi male conscij. Sicut est apud Horatium, Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Sed Christiana doctrina aliam causam securitatis ostendit, nempe fidem erga Deum. Paulus enim inquit, Nihil mihi conscius sum, at in hoc non iustificatus sum, Probi igitur sunt securi, quia de Deo recte sentiunt, sciunt se ei curae esse, credūt se ab eoregi ac seruari. Antithesis in uersiculo posteriore indicat, sic et Salomonem sensisse. Impij, inquit, tametsi maxime omnium securi sint, et confidant uiribus suis tanen deprehendentur. Non fallent Deum improba eorum consilia, quae quanquam ipsi putent esse certissima et tutissima, tanē eludet Deus, nec patietur eos efficere, quae moluntur, et cum uolet, puniet eos. Similes sententiae in Psalmis innumerabiles sunt, Psal. 7. Incidit in foueam quam fecit. Et Psal. 9. In laqueo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Fingens

SALOMONIS

24

Fingens uultum, damnū dabit.

Et stultum os uapulabit.

Significat et quales sint hypocritae et quibus noceat. Hypocrisis enim est, fingere uultū, et decipere specie recti. Sicut impij doctores fallunt simulatione humilitatis, reuelationū, et calide deprauatis scripturis. Imponūt autē stultis, ideo monet haec sententia, ut uti simus, ut altius introspiciamus uniuersū. Valet praecipitū etiā in ciuili cōsuetudine uitae, ut caueamus ne à fucatis amicis decipi amur. Notū est illud Oui.

Hypocrisis
quid sit.

Tuta frequensq; uia est, per amici fallere nomen
Tuta frequensq; licet sit uia, crimen habet.

Vena uitae, os iusti,

Os impiorū iniuria opprimit.

Id est, iustorum consilia salutaria sunt, iustorum doctrina uitam, pacem, et salutem adfert. Contra, impiorum cōsilia eo spectant, ut regnum, ut opes, ut gloria uel cum alieno incommodo augeant, ut apparet in Saule, qui ut regnum transmittat ad suos liberos, conatur interficere Dauidem. Talia consilia docet hic uersiculus, non solum irrita esse, sed etiam perniciosa ipsis autoribus, id quod exemplum Saul ostendit.

Impiorū cōsilia uana.

Odium excitat contentiones,

Et omnia delicta tegit charitas.

Odio saepe accedūt rixas, etiā cū nulle sunt causae dis

PROVERBIA

sentiendi. Nā aiūs odio occupatus, nō modo secus facta sed etiā benefacta inimici sinistre, sæpe etiā calūniose interpretatur. Monet igitur hæc sententiā, ut per charitatem alter alterius errata disimulet, & ut pacē retineamus, mutua ē misericordia. Multa sunt in hoc libro similes sententiæ, idem docentes. Est autem nota Pauli uox, Alter alterius onera portate. Amicitia uulgares non possunt esse diuturna, si quis ad amici uicia nolit alicubi conuiuere, si oculatior esse uolet in obseruandis erratis, si nusquam ignoscere sciet. Non habeo, inquit ille, necesse omnia pro meo iure agere. Sic in omni uita sentire nos decet, ne ex acerbitate nostra disidia orientur. Hæc uirtutem ē misericordia uel Græci uocant. Est autem in primis necessaria his, qui gerunt Rempublicam, multo magis uero in Ecclesia colenda est, ut firmi tolerent infirmos, infirmi cedant infirmioribus. Abstinet aliquis à carnibus die sex tã, is non condemnet eum qui uescitur, uescitur alius, is non acerbius iusto insectetur eum, qui nō uescitur. Non clamat statim, Antichristos, & nescio quid esse, qui abstinet. Hac de re nota sunt Pauli præcepta. Sed nos hæc ideo commemoramus, ut intelligi possit, quã late pateat usus sententiæ. Quidam ita accipiunt eã, ut intelligant per charitatem mereri nos remissionem peccatorum. Sed ea interpretatio dissentit à scriptura. Paulus enim docet nos, nō per charitatem, aut per opera

Infirmi semp
serendi sunt.

SALOMONIS.

53

opera mereri remissionem peccatorum, sed consequi per fidem, qua credimus Christum pro nobis factum esse uictimam, & placasse patrem. Ea fides consequitur remissionem peccatorum. Nec intueri nostrum ullum opus debemus, sed Christum, per hunc consequimur condonationem peccatorum. Intelligatur ergo sententiā Salomonis, Delicta tegit charitas, de alienis delictis, non de nostris. Loquitur enim Salomō de pace cum alijs retinenda, docetq; eam sic retineri si non simus oculatiores iusto, aut acerbiores in aliorum erratis obseruandis aut reprehendendis. Si quis tamen uolet interpretari de nostris delictis, non de alienis, is ita accipiat eam, sicut in Euangelio est accipiendum, Remittenti remittetur, non quod nos ignoscentes inimicis, eo opere mereamur remissionem peccatorum, sed quod illa condonatio nostra, est signum, cui promissio remissionis peccatorum est addita. Ut si quis dicat ei qui baptizatur, Remittuntur peccata. Baptismus enī uoluntatis diuinæ signū est.

Charitas te-
git delicta
proximi.

In labijs sapiētis inuenit sapiētia,
Et uirga in tergo stulti.
Sapientes seruant scientiam,
Os stulti accerfit sibi perniciē.

Posteriores duo uersiculi interpretantur super

E

PROVERBIA

iores. Sæpe enim Salomon tradita sententia paulo
obscuriore, subiicit aliquanto minus obscuram, qua
superiorem uelut interpretetur. Docet autem, quos-
dam sua garrulitate, & stultis cōsilijs ac sermonibus
sibi malum accersere. Et propemodum conueniunt eū
illa Euripidis sententia, ἀχαιῶν σομᾶτων ἀ-
νόμου τε ἀπροσόντος βέλῳ δυσυχία. Sunt
autem antitheses, Stulti temere quidlibet effutiētes,
sibi nocent. Sapientes delectum adhibent in loquen-
do, nec omnia ubiq; effundunt, sed ea quæ profutura
sunt, suo quæq; loco dicunt. Nomen scientiæ, quo hic
usus est, fere ubiq; in hoc libello significat delectum,
& quod uulgo uocant discretionem, scire quid con-
ueniat alio atq; alio loco. Sed cum in omni uita pro-
dest, linguam habere continentem, nec aut futilem,
aut præcipitem, aut petulantem, tum maxime in do-
cenda religione præstandum est, ne quid imprudens
ter spargatur in populum, quod officere cuiusquam
fidei possit, quod & in Ecclesiaste præcipit Salomō:
Ne sis præceps ad loquendum coram Deo.

Opes diuitis sunt ei uice arcis,

Inopia uero facit pauperē pauidū.

Pluraq; sententiæ describunt mores hominum,
& magis communes quosdam casus continent.
Ita & hic inquit, diuites considerare suis opibus, ac sis
perbire

SALOMONIS

34

perbire: paupertatem uero, frangere ac debilitare
animos. Sic & Græci dicunt, πλοῦτος ὑβρίζει τι-
μῆν. Videmus enim crescere animos simul cum diui-
tijs, his qui ditescunt. Et Scriptura sæpe significat, in
rebus secundis induere homines contemptum Dei, si
ut scriptum est Deut. 32. Incrassatus est dilectus, &
recalcitrauit. Atq; huiusmodi sententiæ debebant
terrorem incutere securis & otiosis mentibus, easq;
ad penitentiam uocare, ut cerneret impiam fidutiā,
collocatam in opes, aut carnalia præsidia uitæ.

Opus iusti adfert uitam,

Prouentus impij, peccatum.

Sancti exercentur uarijs adflictionibus, quemad-
modum scriptum est, Multæ adflictiones iustorum.
Itaq; opera eorū & doctrina, & actiones uidentur
inutiles. Sicut Dauid non uidetur unquam peruentu-
rus ad regnum, ex tam longo exilio. Christi doctrina
non uidetur posse late propagari, posteaquam ipse
crucifixus est. E contra, quia impij potentia, & opi-
bus, & gloria florent, facile uidentur effecturi ea,
quæ suscipiunt. Pharaō uidetur haud dubie oppressu-
rus populum Israël. Sed exitus sanctorū sunt læti, im-
piorū sunt calamitosi. Hoc est q; ait, opus iusti ē ad uitā, qua malorum ue-
si dicat. Etiā si uarie piclletur iustus, tñ euadet tādē, ro calamitosi
Sanctorum

PROVERBIA

et eius doctrina, consilia, actiones, uitam adferent ipsi, ac alijs. E contra, impiorum consilij et actionibus maledicit Deus. Peccatum enim uocat, non modo impia consilia aut facta, sed etiam et poenas, et euentus, quibus male dixit Deus. Est autem cum alijs multis locis, tum etiam in primo Psalmo haec sententia tradita: Erit tanquam lignum, quod plantatum est iuxta decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, et omnia quae eius faciunt, erunt prospera. Non sic impij, sed tanquam puluis, quem proiecit uentus a facie terrae.

Perferre castigationem conducit ad uitam.

Et deserens increpationem, errabit.

Supra grauisime docuit, quid sentire de adfectionibus debeamus. Hic eandem sententiam repetit Deus promittit auxilium his, qui eum inuocant in adfectionibus, sed diutius id aliquando differt, quam uellemus. Sicut promiserat Israelitis terram Canaan, uerum populus offensus periculis, et multis incommodis in deserto, cepit rursus Aegyptum desiderare, et spem abiicit potius in terra Canaan. Hic igitur praecipit Salomon, ut in adfectionibus spem retineamus et expectemus a Deo auxilium, nec contra uoluntatem Dei, confugiamus ad auxilia humana, aut

Adfectiones
e quo animo
sunt toleran-
da.

SALOMONIS.

55

transferamus nos ad impios, qui uidentur foelicius et tranquillius uiuere quam sancti. Ad eundem modum praecipit Esa. cap. 30. Si reuertimini et quiescatis, salui eritis, in silentio et in spe erit fortitudo uestra, id est, si omnis auxilijs impijs perferetis afflictionem, et expectabitis a Deo auxilium, salui eritis. Atque haec doctrina de cruce, seu de patientia, in hoc libello crebro repetitur.

Disimulant odium mendaces, Et stulti conuiciantur.

Qui charitatem praestant, admonent alios sine contumelia, sicut praecipit Christus: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum etc. Qui uero oderunt, partim callide tegunt odium, et simulatione amicitiae insidiantur alijs, partim produnt odium maledicendo. Utrosque uituperat Salomon, et uocat mendaces eos, qui clam insidiantur: stultos uocat, qui conuiciantur. Hoc tempore nescio quomodo singularis quaedam petulantia est eorum, qui disputant de doctrina Christiana, libelli scribuntur, ut uidemus, pleni conuictorum. Nonnulli in templis etiam omni genere conuictorum onerant auditores, nulli ordinem parcentes. Hi contemplantur se in hoc Salomonis praecipio, et obseruent illam maledicentiam uituperari, ac stultitiam adpellari. Neque uero tantum

PROVERBIA

stultitia est, sed impietas popularē auram tali consilio captare. Nam pleriq; non aliam ob causam delictantur ista canina facundia, nisi quia sciūt eam multitudini gratam esse. Paulus in Epistola priore ad Corinthios numerat maledicos inter eos, qui non possidebunt regnum Dei. Et in Episcopis maxime requirit lenitatem in docendo. Cum igitur Scriptura toties hac de re præcipiat, dubitari non debet, quin isti Archilochi Deo pœnas daturi sint, qui usq; adeo contemnunt mandatum Dei. Existimo autem multos singularem iudicio Dei, propter talem petulantiam excæcatos, seditionum quæ his annis excitatæ sunt, auctores fuisse, ac postea iustas pœnas suæ temeritatis dedisse.

Authores seditionum pleriq; concionatores.

multoq; postea dicitur
Garrulus non uitat peccatum,
Prudens est, q̄ labia sua frenat.

Multæ sententiæ humane garrulitatem uituperant, sed hic additur quiddam de iudicio Dei. Non uitat, inquit, garrulus peccatū. Sed tum garrulitas est perniciosissima, cum de Deo aut de uerbo Dei temere pronunciat. Inquit enim Salomon in Ecclesiaste: Ne sis uelox ad loquendū coram Deo. Quidam ualde delectantur nouis dogmatibus. Itaq; priusquam sibi persuasent statim spargunt in uulgus, si quid uel audierunt ab alijs noui, uel somniauerint ipsi. Hos merito

SALOMONIS

58

merito Pauli sententiæ cohercere debeat, cum ait, Quicquid non est ex fide, peccatū est. Ego qui ipsi nondum habent conscientias satis confirmatas, & in certa pro certis docent, grauius peccant. Et sepe deceptos uidimus nostris temporibus, eos qui nouorum dogmatum editionem præcipitauerunt. Sequitur et hoc uitium garrulitatem, quod qui imprudens aliquid effutiuit, pertinaciter postea tuetur, & mauult male currere, quam recurrere. Dux sententiæ quæ sequuntur, sunt antitheses huius sententiæ.

Salomon p̄ istam p̄p̄tionem
Lingua iusti est præcipuū argentū

Horatius p̄p̄
Cor impium nihili est.

Horatius p̄p̄
Labia iusti multos pascunt,

220. 11
At stultis exitio est stultitia.

Salomon p̄p̄
Benedictio Domini diuites facit
citra molestiam.

Quid est, quod ait, citra molestiam? num Dauid citra molestiam regnum consequutus est? num sine labore & afflictionibus Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph ditati sunt? Respondeo. Pij, etiamsi laborent & affligantur, pacem in corde habent, sicut Dauid ait, In pace dormiam & requiescam. Item: Beata gens, cui Dominus Deus est. Item, Qui confidunt in Domino,

PROVERBIA:

tanquam mons Sion non commouebuntur. Hi enim sciunt se habere custodem Deum, qui suppeditet, etiam si hæc presentia amittant. Impij quia sine Deo sunt, ideo nullum habent custodem suarum rerum, sed ipsi sua sollicitudine augere & retinere opes conantur, & cum non proficiunt, anguntur, ita nunquam habent pacem. Saul conatur regnum retinere, & tradere posteris suis, uerum non modo nihil proficit, sed etiam hoc ipso consilio sese perdit.

Cum scelus perpetrat stultus, ridet,
Id uero animaduertere, sapientia est.

Damatio securitatis carnalis.

Hæc sententia carnalem securitatem damnat, quasi dicat, Impij rident Sardonium risian, cum contemnant iudicium Dei, & cum successit secundis rebus, magis insatiuntur, iuxta uersiculum, Fortuna quem nimium fouet, stultum facit. Sicut insultat Iudæi, Christo crucifixo. Si filius Dei es, descende de cruce, alios potius iuuare, te ipsum non potes. Item Herodes, occiso Ioanne. Secunda pars sententiae, confirmat nos aduersus scandalum crucis. Sapientia est, animaduertere stulti gaudium, id est, sapientia est, non commoueri secundis rebus impiorum, ut Deum relinquamus, sed scire quod is risus sit eis exitium allaturus.

Accident impijs quæ metuunt,

Iustis

+ SALOMONIS

Iustis continget quæ desiderant, ^{Obsequio} ^{capitulum 37} ^{Reda finem}
Impius cœu tempestas præterit, ^{perit}
At iusti fundamentum perpetuum est. ^{fin}
Sunt & hæc comminationes ac promissiones similes superioribus, quæ debent in animis nostris & timorem Dei augere, & alere atque erigere fidem.
Ut acetum dentes, & fumus oculum lædit.

Sic piger eos qui miserunt eum, cruciet.

Taxat magistratus negligentes, seu omnes qui negligenter faciunt officium suum, sicut & Christus apud Mattheum, de seruo manducante & bibente cum ebriosis. Et Osee 7. Cœperunt principes surere à uino. Et infra, Cessator similis est dissipanti. Ita multis locis scriptura præcipit diligentiam, & Paulus ait Rom. 12. Sollicitudine non pigri. Et Christus promissionem addidit seculis de talento, Omni habenti dabitur, & à non habente, id quod habet auferetur. Quæ cum promissio, tum comminatio merito debebat curam in nobis acueri.

Negligens Magistratus taxatur.

Timor domini prorogat uitam,
Et anni impiorum breues sunt,
Iustos læta manent,

PROVERBIA

Et spes impiorum perit.
 Via Domini ^{addit} animū probis
 Frangit animos malis im^{pi}bitas
 Iustus perpetuo non evertetur,
 Et impij nō erūt supstites in terra

Fides parit se-
 curitatem.

Fides parit securitatem, ut supra dictum est. Sen-
 tit enim se deo curā esse, à deo regi, & custodiri, iux-
 ta Psal. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion nō
 commouebuntur.

Os iusti probabit scientiam,
 At lingua peruersa perit.
 Labia iusti meditantur bona.
 Sed os impiorū pertuersa meditat̃

Boni bona loquuntur, consulunt utiliter, docent
 pie. Impij uero seruiunt suis affectibus quare in do-
 cendo & consulendo referunt omnia ad suam utilita-
 tem, cum aliorum incommodo.

CAP. XI

LIBERAM iniustam abomina-
 tur Dominus.
 At pondus iustum delectat eum.

SALOMONIS

Hæc sententia est politica, sed ita, ut simū timo-
 rem Dei doceat. Precipit autem, in contracti-
 bus seruare iusticiam, neminē defraudare aut
 decipere, sicut & Paulus precipit, 1. Thessa. 4. ne qs
 circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam uin-
 dex est Dominus de omnibus his. Simul autem hic om-
 nes calumniæ in iudicijs, & omnia iniqua iudicia dā-
 nantur. Infra ait Salomon, Libra & pondus opera
 domini sunt, quasi dicat, cum ciuiles ordinationes sint
 diuinæ, deus contemptum earum ulciscitur. Est ergo
 hoc in primis obseruandum in hac sententia, quod ul-
 torem facit contemptorum legum, non tantum magi-
 stratum, sed deum, qui non sinit euadere impunitos,
 eos qui publicum ius uiolant. Docet igitur non modo
 publicas pœnas, aut supplicia, aut magistratum di-
 ligentiam ac seueritatem timere sed multo magis de-
 non uereri.

In contracti-
 bus seruanda
 est iusticia.

Superbiæ comes est contumelia,
 Sed apud humiles est sapiētia.

Eadem hæc sententia apud Petrum. Deus super-
 bis resistit, humilibus dat gratiam. Item abominatio co-
 ram deo, quicquid est sublime in mundo. Est autem
 superbia, sua quedā dona uidere, & existimare hæc
 in nostra potestate esse, & his confidere, contra deū
 & contra proximum. Exemplū habes, historiā Saul.

Abominatio
 coram Deo,
 sublimitas
 mundi,

PROVERBIA

Contra humilitas est, uidere quidē dona Dei, sed ex
 istimare, quōd sint in potestate Dei, & non credere
 his, sed sentire, quōd Deus hæc eripere possit, q̄ possit
 alios, minorā dona habentes, præferre, quōd per ali-
 os maiores utilitates adferre possit. Deniq; sentire, q̄
 hæc dona sint inefficacia, nisi Deus adiuuet. Superbi
 non timent Deum, sed fiducia suarum uirium putant
 se, quæ uolunt, effecturos esse, sicut apparet in Senna-
 cherib. imo omnino se esse Deos existimant, sicut Ba-
 bylon apud Prophetam ait, Ego sum, et præter me nō
 est altera. Humiles timent Deum, id est, sentiūt, quōd
 per sua dona nihil possint efficere, & quōd hæc dona
 non sint in ipsorum potestate, sed Dei, & confidunt
 Deo, expectant enim à Deo, ut ipse adiuuet. Item cū
 Deus alium ipsis præfert, cedunt uoluntati Dei. Porro
 maxime odit Deus superbiam, seu fiduciam nostram

Perdit Deus
 cōfidentes su-
 is uiribus.

sapientiæ, aut iustitiæ. Ideo ait, Reuelasti ea paruulis
 id est, non his qui confidunt, quōd suis uiribus uelint
 efficere iusticiam, & deprehendere uoluntatem Dei,
 et se gubernare. Et apparet in historijs, quomodo per-
 miserit Deus superbos illos sapientes labi ac errare,
 sicut inquit apud Esaiam, Perdam sapientiam sapientia-
 tum. Sed est necessarius timor, quo agnoscamus nos-
 tram infirmitatem, & nos merito displicere Deo, &
 & permittamus nos uoluntati Dei. Sicut Dauid agno-
 scebat suam peccatum, & coram Deo merito se expul-
 sum esse

SALOMONIS

39

sum esse uidebat, & permittebat se uoluntati Dei, Sed
 præter timorem, fides etiam est necessaria, quæ con-
 fidat, quōd Deus uelit nostri misereri, propter Chri-
 stum, sicut Psalmus ait, inuoca me in die tribulatio-
 nis & c.

Integritas rectorum deducit eos,
 Exitio est impiis, deflectere a iure
 Non profunt diuitiæ in die iræ,
 At iustitia liberat a morte.

Hac figura uerborū sepe utitur scriptura ueteris
 testamenti, q̄ iusticia liberet à morte, ubi tacite uita
 æterna promittitur. Neq; enim sic est accipienda sen-
 tencia, quōd iusticia liberet à supplicijs, quæ constitu-
 ta sunt in eos, qui facinus aliquod publicum contra le-
 ges designauerunt, sed intelligendum est, quōd uere à
 morte quocumq; tempore liberet, hoc est, quōd tum e-
 tiam seruet et uiuificet cum morimur, sicut Christus
 ait, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet.

Deus etiam
 media in mo-
 te uitā dat.

Iustitia integri dirigit uiam eius.
 At in impietate sua cadet impius
 Iustitia rectos liberat,
 Et in improbitate sua capiuntur
 scelerati.

In morte hoīs impij perit spes,
 Et expectatio impiorū p̄ditio est.
 Iustus eripitur ex aduersitate,
 Et pro eo perit impius.

Ore simulator euertit p̄ximū suū.
 Sed iusti liberant ac deprehendūt.

Id est, Deus custodit pios, ac defendit, nō modo ad uersus manifestam uim, sed etiam aduersus insidias occultas Satane, & impiorum, & aduersus impia dogmata, sicut propheta orat, à lingua dolosa liberari.

Cum florēt iusti, gaudet ciuitas.
 Et in perditione impiorum letatur

Hęc sententia docet Respublicas felices esse, in qua p̄sunt iusti Magistratus, sed id ita accipiendū est, non modo quia isti recte exercēt iudicia, & improbos coercent, sed multo magis, quia deus fauet iustis Magistratibus, & iuuat, & fortunat eorum consilia, sicut apparet in Gedeone & Dauide, Exechia: De Naaman Syro inquit scriptura, quōd propter eum Dominus salutem Syriæ dederit. Itaq; hęc sententia transfert nos à fiducia nostre diligentie, ad fidem erga Deum, & precipit credere, quōd ipse respiciat Respublicas, & gubernet eas. Eodem pertinet & sequens

Quens sententia, Benedictione rectorum fortunatur ciuitas. Significat enim ciuitatē fortunari ideo, quia Deo benedicebatur, sicut Syriæ benedicebatur propter Naaman, Israel uicit propter Ionathan, Plato ita scripsit, Respublicas fore beatas, si aut philosophi imperent, aut qui imperant, philosophentur. Recte quidem precipit diligentiam, sed illa non est satis ad felicitatem rerum publicarum, oportet enim accedere dei benedictionem, aut auxilium, sicut Psal. docet, Nisi dominus edificauerit, Item Psal. 32. Non saluatur rex magno exercitu, & addit, Ecce oculi domini super timentes eum. Est e contra & hoc obseruandum, quod propter populi peccata maledicit deus, & ciuitati uniuersæ, & magistratibus, & dat inutilis Magistratus, sicut infra inquit, Propter peccata populi, crebræ sunt mutationes imperij.

Benedictione rectorum fortunatur ciuitas.

At impiorum consilij̄s euertetur.
 Qui famā p̄ximi ledit, stultus est.
 At uir intelligens regit probra.

Conuenit cum superiore sententia, Omnia delicta regit charitas.

Sufur

PROVERBIA

Sufurro reuelat arcanum,
 At qui fideli animo est, rē tegit
 Sine gubernatiōe corruet populus
 Salutē adferunt multi cōsultores

Præcipitur
 magistratui
 obediendum.

Superiores sententiæ præcipiunt de benedictio-
 ne Dei, iuuante & fortunante Magistratum diligentia. Hic præcipitur diligentia Magistratibus, sicut et
 alias sepe. Docet itaq; quod debeant in Republica iudicia & ordinationes legitimæ esse, sicut Ecclesiasti-
 cus inquit, Vbi non est sepes, diripitur possessio. Item
 Ecclesi. 33. Cibaria & uirga, & onus asino, panis et
 disciplina, & opus seruo, quæ sententiæ cōplexa est
 omnes propemodum partes constituendæ ciuitatis.
 Sic enim multitudo regenda est, ut adigatur ad certos
 labores, Secundo, ut relinquatur ei uictus necessari-
 us, nec nimium compiletur. Tertio, ut poenis cohercet
 antur improbi. Est autem utilissimum præceptum de
 multis consultoribus, uetat enim considerare propria
 prudentia, & iubet audire multorum consilia, iuxta
 illud, Vnus uir, nullus uir. Sicut etiam paulus, præfira-
 tum animum, & nullis monitis cedentem, in episco-
 po damnat. Et reprehenditur roboam, quod non sit
 secutus consilium seniorum.

Vnus uir, nul-
 lus uir.

Male affligit, q̄ spopōderit p alio
 Et qui

SALOMONIS 41

Et quitat stipulatiōes, securus est
 Mulier q̄ honorē tuet, gratiosa est *Memento dis-
 fidere.*
 Fortes sunt q̄ diuitias augent.

Oeconomica sententiæ est. Officium matris fami-
 lias est proprium, pudicitia. Patris familias ut ita di-
 cam, uocatio est, strenue laborare & familie uictum
 querere, sicut & in Genesi uiro præcipitur, In sudore
 uultus tui, comedes panem &c. Mulieri imponitur
 aliud onus, scilicet pariendi, & sobolis curandæ. In-
 iungitur præterea, ut uni uiro pareat & obediat. Id
 non, nisi pudicæ facere possunt.

Bñficus suū ipsius geniū defraudat
 Crudelis uero damnum etiam
 propinquo dat.

Facile est ea officia præstare, quæ sine incōmodo
 nostro præstare possumus. At hic describitur imago
 ueræ charitatis, quæ commouetur sensu aliene calamita-
 tis, non secus ac proprijs malis. Eiusmodi affectus
 in charitate exigit Paulus, cum inquit, Romano, 12.
 αἰς ἀλλήλους φιλοστοργία. Nā φιλοστοργία,
 non significat frigidam beneuolentiam, aut simulatio-
 nem amicitie, sed ueros affectus, quales sunt in paren-
 tibus erga liberos. Tanta uis amoris in Christo est er-
 ga nos, itaq; sustinuit peccata nostra, & se pro nobis

PROVERBIA

Defraudare genium. placatum faceret. Hoc est quod hic ait, genium defraudare, id exemplum & nos sequi debemus, & cū nostrarum rerum iactura iuuare alios. Bonus pastor, inquit Christus, ponit animam suā pro ouibus suis. Nō nulli de pecunia facile possunt alijs cedere, sed de honore cedere, ea uero magna uirtus est. Sicut Ionathas Dauidi de regno cessit. Vere igitur benefici sunt, qui alienis bonis, ut suis gaudent, qui non inuident Dei dona alijs, qui aliorum calamitatibus perinde, ut proprijs commouentur, qui iuuare, uel cum suo incommodo alios student. Contra impij homines, quorum animi à spiritu sancto non flectuntur ad charitatem, nihil commouentur alienis malis, sibi opes, regna, gloriā, alieno incommodo querunt, nec dubitant in cognatos aut propinquos seuire, si sit occasio. Ut Cain occidit fratrem, inuidens ei honorem, Esau insidiatus est fratri, praelato à Deo, Saul acerbissime odit Dauidem, regno destinatū. Et in Tragædijs, Atræus proponit fratris natos, epulandos. Huiusmodi exempla sunt nobis proposita, ut cernamus, quomodo deus sinat ruere homines impios, qui non reprimunt odia, nec charitatem amplectuntur.

Vere benefici, qui.

Impius facit opus irritum,
At qui serit iusta, mercedē perpetuam consequetur.

Iniusticia

SALOMONIS

27

Iustitia conducit ad uitam.
At qui sequitur malitiam, mortem accersit.

Sæpissime repetita est hæc sententia, impiorum conatus irritos esse, non esse perpetuam gloriam impiorum, iustos, tametsi aliquandiu adfligantur, tamen uiuere tandem & glorificari à Deo. Sed memineris has sententias fide comprehendendas esse. Humani oculi palam uident florere impios, iustos autem opprimi, & occidi. Proinde oportet nos intueri, nō res, sed uerbum Dei, & iuxta promissiones diuinas iudicare. Oportet intueri iustos seruari, uiuere, impios in morte esse, etiā cū uideatur res maxime secundæ esse. Fides intuetur uerbum Dei, nō res. Itaq; & in hac parte iuxta uerbum iudicare debemus, non iuxta ea quæ geri aut fieri cernimus.

Abominat Dñs cor puersum.
Et placent ei probi.

Nos alias probos, alias integros uertimus, quos uetus trāslatio uocat immaculatos, Hebræus uertitur uerbo, טָהוֹר, quod significat incorruptum, non uitiosū. Ut si quis dicat pecudā sine uitio, sine morbo, nulla parte mutilatā, sed integrā, & sanā, talē agnū ad pascha eligi iubet. Hæc dixi, ut intelligi uocabulū recte possit. Sunt autē coram Deo sani & integri, qui recte

G 2

PROVERBIA

Hypocriticos
naturā.

de eo sentiunt, non habent opiniones impias de eo in animis. Sunt autem qui timent eum, & credunt ei, sicut iustos sepe definiuimus supra, iuxta uersiculum, Beneplacitum est Domino super timentes eum, & super his, qui sperant in misericordia eius. Probitati operit cor peruersum, id est hypocrisin, quæ de Deo male sentit, non habet rectas opiniones de Deo, non uere timet Deum, non credit ei, non inuocat eum, sed secura, contemnit iudicium Dei, nec in aduersis rebus nouit inuocare Deum, sed querit præsidia carnalia, confidit, aut sapiētia, aut iusticia carnis, aut uiribus suis, aut alijs similibus rebus. Sicut Saul non inuocat Deū, sed Magos querit, & conatur se non Dei misericordia, sed alijs præsidijs munire. Porro & hæc sententiæ docet, iustos à Deo seruari, impios perdi, iustorum opera & afflictiones Deo placere, impiorum consilia opera, sacrificia, Deo displicere.

Mali, quanquam inter se cōspirant, non elabentur.

Semen iustum euadit.

Conuenit cum plerisque superioribus comminationibus ac promissionibus. Sepe cōsolatur pios, quia a fideis periculis exercentur, ut sciant se Deo curæ esse regi se à Deo, futurum etiam ut liberentur, cum Deo uidebitur, iuxta promissionem in Psalmo, Multa afflictiones

SALOMONIS.

43

minus. Hebrei hoc loco ita legunt, si quis superstitio se uerbum uerbo reddat, Manus ad manum non facit innocentem malum. Significat autem meo iudicio manus ad manum, coniunctionem uirium, & conspirati fricat. onem, quasi dicat, Etiam si ualidissimis præsidijs & copijs mutuo se munierint impij, & uideantur oppressuri pios, tamen succumbent & dabunt deo pœnas impietatis. Eius rei exempla ostendit scriptura, Maximis copijs obsedit Sennacherib Hierosolyma, at huius conatus elusit Deus. Phærao maximas copias Aegyptiorum contaxerat, ad opprimendum populū Israel, sed exitus longè alius fuit quàm qualem ipse sibi promiserat. Atq; hæc exempla ita consideranda sunt, ut similia quotidie Deum facere sciamus.

Mulier formosa, quæ immodesta est, similis est porco, naribus aureum torquem gerenti.

Mira uero comparatio est immodestæ mulieris, ad porcum gerentem torquem, seu circulum, seu amuletum, seu aliud quoddam ornamentum naribus. Monet autem, magis ornari mulieres bonis moribus, quàm forma, in quam sententiam multa etiam apud Poetas reperias. Verum qualia ornamenta in Christiana muliere requirantur, docent Petrus & Paulus in Epistolis, & Salomon in fine huius libelli tradet.

G 3

Desyderiū iustorū bonum est,
Expectatio impiorū est indignatio

Impiorum cō
silia irrita.

Promittit iterū pijs bona, & monet, quod impijs non sint successura eorum consilia. Itaq; fremunt & indignabuntur, & maledicent Deo, cum exitus erunt alij, quam quales ipsi in animis cōceperant. Quos triumphos, quantam gloriam somniauerat Holofernes, si domitis Iudæis, domum uictor rediret, & uictoria uidebatur in manu esse. Sed has tantas spes euentus lōge frustratus est, cum ille non acie uictus, non hostiū armis superatus, sed unius muliercula consilio oppressus est.

Quidā largiunt, & tamē ditescūt.

Quidā parci tamerſi habeāt mag
nas opes., tamē fiunt pauperiores.

Qui liberaliter benedicit, im
pinguatur.

Qui inebriat, inebriatur.

Posterior sententia est αὐτιολογία, superioris & interpretatio quedā. Causam enim exponit, cur nonnulli ditescant, quanquam in exiguis facultatibus multa largiantur egentibus, & penē supra uires alios iuuent. Rursus alij cum sint auarissimi, cū summa diligentia comparcant, quantiam possunt, tamen aut

non ditescant, aut certe non diu retineant suas facultates. Causā in Euangelio etiā Christus aperit, cum inquit: Date & dabitur uobis. Primū igitur illi uersi ^{Vere diuitie} ^{quæ sint,} culi docent, id quod supra in quadam sententia traditū est, Diuitias Dei donū esse, & contingere Dei beneficio hominibus. Sic enim ait. Benedictio Domini diuites facit, id est, illi ditescūt, quibus Deus benedicit, fauet, quorum opes auget. Nam benedicendi uerbum, significat fauere, fortunare, prouehere, iuuare. Idem docet nos oratio dominica, Panē nostriū quotidianum da nobis hodie. Si enim nos ipsi nostro Marte, nostra tantū industria, sine Dei ope, uictum & opes paramus, frustra iubet à se peti Deus, sed cū iusserit à se peti, dubitare nō debet, qn ipsius beneficium sit uictus.

Ad hunc modum scriptura ubiq; nobis doctrinā fidei inculcat, ut sentiamus deū præsto adesse, suppeditare uitam, & oīa uitæ cōmoda, præterea etiā spiritalia bona, doctrinā, sapientiā, iusticiā, castitatē, & hæc oīa iubet nos à deo postulare, & nihil dubitantes expectare. Sed hic est uidere, quanta sit humanis animis diffidētia, quotusquisq; certo statuit apud se: Ratiō iudicat ea, uel temere obuenire, uel comparari nostra diligentia. Itaq; à deo nec expectat, nec petit quicq;. Hæc impia opinio ex animis euellenda est,

Humanarū in
riū diffidētia
erga Deum.

PROVERBIA

et concipienda fides, quæ cernat præsentiam Dei, quæ postulet et expectet omnia à deo, in hunc usum tradita sunt hæ sententiæ quæ promittunt auxiliū dei.

Hic autem apparet, quibus promittat Deus benedictionem, seu incrementum facultatum, nempe his, qui uicissim benedicunt, hoc est, liberaliter iuuant alios. Sic scripsit et Paulus ad Corinthios. Qui parce seminat, parce metet. Qui liberaliter seminat, largiter metet. Exigit itaque Deus in his sententijs, ut egentes iuuenimus, et quidem liberaliter, hoc est, ut et copiose largiamur, et non uenemur aut gloriam in eare nostram, aut utilitatem aliquam, sed propter uoluntatem dei beneficiamus. Simul igitur hoc preceptum

Charitas erga inopes exercenda,

docet nos charitatem erga inopes exercere, et fidem erga Deum induere, quod ipse uelit fortunas nostras custodire, prouehere, augere. Neque uero intelligas, tantum reddi à deo pro expensa pecunia, pecuniam, sed intelligendæ sunt huiusmodi sententiæ, de omni generis bonis. Ideo posterior sententiæ ait, Qui liberaliter benedicit, impinguatur, id est, cumulat uarijs bonis, uitam, famam, fortunas, liberos, uxorem custodiet Deus. Prouehet, et spiritualia bona, doctrinam sapientiam, hoc est, noticiam Dei, seu fidem, mansuetudinem, castitatem, et similia. In priore sententiâ uerimus, Quidam parci, tamen si magnas opes habeant, fiunt tamen pauperiores. Alij magnæ ditaciones iustorum, sed ex omnibus illis liberabit eos do-

SALOMONIS.

45

luerunt uertere. Qui parci à recto, fiunt paupes. Hebræi enim legunt, **מי שר** quod nos à **שר**, quod abundantiam significat, deductum putauimus. Verū, si quis alteram interpretationem magis probat, is intelligat eos parcere à recto, qui ubi rectum erat, non largiuntur.

Ei, qui non communicat frumentum, maledicet populus.

Et benedicit capiti, uedētis frumentū.

Novum genus est promissionis, quam pollicetur. Præmiū iuueniunt egentes. Populus inquit, benedicit ueniantū egenti, maledicet his, qui non comunicant frumentum. Neque uero intelligi debet, promitti popularem gratiam et fauorem multitudinis, quo nihil est lenius et inconstantius. Verbum enim benedicendi maius quiddam significat, proinde iudico hanc sententiā conuenire cum illo Euangelico precepto. Luc. 16. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defuerit uobis, recipiant uos in æterna tabernacula. Significat enim Christus, uicissim iuari diuites precibus sanctorum. Sic et hoc loco intelligamus promitti liberalibus, futurum ut sancti benedicant eis, iuuent eos suis precibus, aut certe promittit, Deum pro his officijs, quæ in sanctos collocata sunt, redditurū esse gratiam, et diuitum bona omnis generis defensurū.

PROVERBIA

esse, & amplificaturum. Rursus etiam male minatur eorum facultatibus, qui non iuuant sanctos, aut qui de sanctis male merentur. In Genesi ait Dominus: Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Vicesimè igitur Deus benedicit eisdem, quibus sancti benediciunt: maledicit illis, quibus sancti maledicunt. Sic igitur sentiant diuites in communicandis officijs, aut facultatibus suis, cum benedicent eis sancti, simul etiã à deo benedici. Christus in Luca significat, diuites tantum uillosos, & œconomos bonorum Dei esse. Quare debent ea ex uoluntate Domini administrare. Sic enim inquit: Qui in minimo fidelis est, erit & in magno. Vocat autem fidelem œconomum eum, qui uisibus egentium seu pauperum suppeditet. Sanctorum causa conseruat Deus naturam rerum, fruges, & alia bona creat, ac auget, proinde in illorum usus rursus conferenda sunt.

Bona eueniunt, bona quærentibus.
Mala accidunt mala quærentibus.

Iterum monet eos, qui alijs nocere student, sibi ipsi malum accersere, iuxta Græcum uersiculum.

Ὁ δὲ κακὸς βουλὴ τῶ βουλεύεται κακίστην.
Impij contempto Dei iudicio, fiducia suarum uirium nihil dubitant se oppressuros esse eos, quos odierunt. Sed hæc sententia & similes alia multa pollicetur

Diuites tantum uillosos bonorum dei.

SALOMONIS.

45

tur pijs, quod a Deo custodiantur, quod irrii sunt conatus impiorum, quod sibi sint exitio futuri impij. Exemplum habemus Dauidis, quæ ubique aduersus uirum & Deus iustos. insidias Saulis deus tegit. Fide igitur exigit hæc sententia, qua sentiamus nos à deo defendi, quantum uis summa ui oppugnemur, quemadmodum scriptum est. Eromurus igneus in circuitu eorum. Et Petrus ait, prima Petri primo, Potentia dei custodimini.

Qui confidit diuitijs suis corruet,
Et iusti, cen folium, uirebunt,

Idem est in Psal. 33: Diuites eguerunt & esurierunt, quærentibus autem dominum non deerit ullum bonum. Et paulo ante. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Quamquam enim iusti aliquandiu opprimantur, ac periclitentur, tamen non fallit deus, qui promisit eis auxilium. Primum inquit, querite regnum Dei, & cætera adijcientur uobis. Impij uero, tametsi aliquantisper florent, tamen aliquando poenas impietatis dabunt ac peribunt. Huc pertinent uoces illæ in Psal. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet, eos &c. Notus est exitus Nabal diuitis, qui Dauidi & regi, & custodi gregis sui, & fortunarum suarum, noluit panem mittere. Talem exitum sciatis

PROVERBIA

Exitus contemnentium sibi impendere similes alij, qui diuitijs confisi contemnentium iustos, adfluctos, ac pauperes. Multas similes pauperes. sententias recitat in hoc libello Salomon, ut infirmos animos consoletur, ne propter inopiam aut egestatem, agant contra uoluntatem Dei, dabit Deus pro sua sapientia, quantum opus erit, his qui ab ipso opere expectant.

Qui perturbat domum suam, uentos accersit.

Et stultus seruiet sapienti.

Multa sunt in lingua Hebraica figurae, à nostra consuetudine alienae. Barres facit, ut plerumque sententiae in hoc libello non queant intelligi. Nam in sententijs maximis & frequentissimis est figurarum usus. Amauerunt enim & Latini & Graeci in huiusmodi sententijs ac prouerbij figuram, quale illud est, Non uidemus manticae quod in tergo est. Et illud apud Hesiodum, τὰ δ' ὄψ' ἤμεις ὄ πᾶν τὸς.

Porro uidetur mihi Salomon hic discordiam domesticam uituperare. Verum quid sit, uentos accersere, quid sit? sere, seu possidere, non satis intelligo. Et ut sit in re incerta, multas coniecturas ac uarias potestatem colligere, uerum malui eligere unam sententiam, quae minimum haberet absurditatis. Morosi quidam patresfamilias

SALOMONIS.

47

miliae, dum nulla errata suorum dissimulare, aut tolerare queunt, dum nusquam ignoscunt, sed acerbissime suo iure uti uolunt, dum nulla aliorum consilia admittunt, dum id quod ipsis uidetur uerum, pertinaciter urgent, uentos accersunt, id est, uicissim irritant etiam suos, & à se omnium uoluntates abalienant, ita perpetuis dissensionibus tumultuatur tota familia. Id existimo significari, cum inquit, uentos accersit, nisi quis mauult, uentos hereditare, idem esse quod frustraniti, seu frustra laborare. Sicut Ecclesiastes cap. 5. de inani opera ait, Quod laborauit in uentum. Ut uideatur hic dicere, morosum hominem & difficilem, & pertinacem, nihil nisi uentos lucrifacere, hoc est, frustraniti aut lucrifacere inanes curas, quae & ipse per uentos significantur. Late patet usus adagij, Neque enim tantum patrisfamilias opus est comitate, & facilitate in dissimulandis erratis suorum, sed uel maxime his, qui gubernant Respublicas, qui si uolent omnia summo iure persequi, nunquam erunt tranquillae ciuitates. Et Paulus maxime requirit in Episcopis ἐπιεικείαν, ut tolerent sui gregis imbecillitatem. Vetat item esse ἀνιδότους, hoc est, praefractos, cuiusmodi sunt, qui bene mouentibus nusquam cedunt, qui soli sapere uideri uolunt. Tales doctores in Ecclesijs accersunt uentos, hoc est, pruitiosos tumultus excitant. Poterant Episcopi facile permittere coniugere

PROVERBIA

religionis.

um Sacerdotibus, poterant humanas traditiones de Ecclesiasticis quibusdam ritibus relaxare, poterant uitia Misæ corrigere. Sed dū aduersantur per tyrannidem his, à quibus recte moniti sunt, uide quos tumultus excitarint. Posterior uersiculus docet, qualis sit exitus pertinacia istius, Stultus sapienti seruiet, hoc est, stultus ille ac morosus paterfamilias, non diu retinebit suas facultates. Sed oportet eas transferri ad moderatum ac prudentem hominē. Sicut imperia ui & seruitia constituta, non sunt durabilia, sed translata ad iustos et moderatos principes, diuina sunt.

Fructus iusti, est lignum uitæ,

Et capit animas sapiens.

Princeps morosus cōcitatis.

videtur esse superioris adagij antithesis, quasi dicitur, Princeps præfractus, ac morosus, dissidia conciliat, sed iustus ac sapiens capit animas, id est, lenitate & facilitate sua conciliat uoluntates hominum, tergit aliena errata, ac sanat, non exulcerat remedia eiusmodi, quæ magis noceant, quam morbus ipse. Christus ait, Beati mites, quoniam possidebunt terram. Caro enim sic existimat, se suas opes sua regna defensuram esse, si iniuriam summa ui depellat, si fortiter uersum docet, horum opes magnas fore ac firmas, qui non sint cupidi uindictæ, quibus nō, aut alia quæ

pian cum

SALOMONIS

48

pian cupiditas arma induit, sed publica necessitas, et mandatum Dei. Ad has sententias accommodari hic locus potest: iusti opus seu fructum esse lignum uitæ, id est, salutare quiddam, & utile. Fauet Deus iusti cōsilijs & actiōibus, itaq; gubernat et fortunat eas. Et sapiens capit animas. Tyranni metu continent hominum corpora. Metus autem non est diuturnus officij custos. E contra boni principes habent animos suorum deuinctos fide, & perpetua beneuolentia.

Cum iustus in terra persoluat,

Quanto magis impius & peccator.

Hæc inter præcipuas & grauissimas sententias huius libri numeranda est. Videtur ad eam allusisse Petrus. 1. Pet. 4. Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Minatur enim Salomon impijs hoc modo, ex maiore arguens. Cum iusti affligantur in hac uita, multo magis impij affligentur aliquando, etiamsi poenæ differantur, uel post hanc uitam. Hic autem uide, quàm dissimile sit iudicium rationis, iudicio spiritus sancti. Ratio enim quia uidet iustos affligi, offensa indignitate rei, ut uidetur, negat Deo res humanas curæ esse. Et uidemus non modo philosophos hoc argumento moueri, sed etiam sanctos exercuit hoc

Ratio facile offenditur afflictionibus.

PROVERBIA

scandalum, sicut Dauid testatur, Psal. 72. Mei autem
penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.
Quia zelauit super iniquos, pacem peccatorum ui-
dens &c. Itaq; Scriptura sepiissime nos aduersus id
scandalum consolatur, & humanam opinionem de
secundis rebus impiorum, deq; iustorum calamitati-
bus damnat. Et hoc loco Salomon planè contrarium
colligit. Cum iusti adfligantur, multo igitur magis ad-
fligentur impij. Et cum in hac uita bene habeant, ne-
cessè est igitur superesse iuditiũ & pœnas post hanc
uitam. Sunt enim in talibus locis argumenta de uita
futura recondita. Proinde proderit meminisse huius
sententiæ, ut muniamus nos aduersus carnales cogi-
tationes de iudicio Dei. Præterea discamus, oportet
re sanctos adfligi, quemadmodum multis locis Scri-
ptura docet: uerum haud scio, an illas adflitiões hoc
loco ideo retributionem uocet: sic enim legunt He-
braei, Ecce iustus in terra accipit retributionem, ut
significet, iustus ideo exerceri, quia & ipsi habeant
peccatum, ut id agnoscant, & sentiãt se esse reos æ-
ternæ mortis, discantq; se sola misericordia Dei ser-
uari, si credant sibi propter Christum ignosci, sicut
orat Dauid: Propter nomen tuum Domine propiti-
beris peccato meo, multum est enim. Is simul confite-
tur se esse peccatorem, nec iactat suam iustitiam cor-
am Deo, & tamen credit sibi propter misericordiã
ignosci

SALOMONIS

49

ignosci, ea fide erigitur & iustificatur coram Deo.
Porro ille adflitiones iustorum non merentur iustifi-
cationem, sicut nec ulla opera nostra merentur iustifi-
cationem. Nos enim in eiusmodi ærumnis agnoscere
debemus, nos in an & damnationem meritos esse, si-
cut ait Daniel: Nobis confusio. Verum accedere de-
bet fides, quæ rursus erigat nos, & consoletur.

Adflitiones
non merentur
iustificationẽ.

CAP. XII.

QUI diligit castigationẽ, pru-
dentior erit,
Qui uero disciplinã odit, stultus ẽ

Intelligenda est sententia, non modo de pædago-
gia, seu de puerili disciplina, quæ rudes & carna-
les homines coerccet, sed etiam de cruce, seu adfli-
ctionibus grauioribus, quibus mortificatur caro, &
exercemur, ut discamus uoluntatem Dei, sicut ait E-
saias, Vexatio dat intellectum. Et Paulus ait, Tribu-
latio patientiam efficit, patientia probationẽ, id est,
agnitionem uoluntatis Dei erga nos. Nam tribulatio
nes ideo immittitur, ut uocent nos ad pœnitentiam.
Et in his experimur consolatiõem diuinam, per quã
uidemus nos a Deo diligi, & defendi. lubet igitur in-
tellectum.

H

PROVERBIA

hoc præcepto, disciplinam seu castigationem diligere, hoc est, ita amplecti, tanquam uocem Dei hortantis nos ad poenitentiam, aut exercentis nos, ne caro securam fiat. Nec irascendum est Deo, tanquam iniuste nos flagellanti, nec desperandum, sed sentiamus Deum nobis adfuturum esse. Stulti autem sunt, qui oderunt disciplinam, qui in afflictionibus relinquunt uerbum Dei, querunt humana solatia & præsidia, non expectant à Deo auxilium. Qualis est Achas, Esa. 7.

Bonus haurit uoluptatem a Deo,

Sed uir scelestus damnabitur.

Impietas nulli prodest,

At iustorum radix non commouebitur.

Locus consolatorius.

Monent & hæ sententiæ, sicut pluraq; supra, ne offendamur, etiamsi bene sit impijs, ne desperet impijs, etiamsi insidientur eis impijs, quia Deus defendat iustos. Hoc est quod ait, Bonus haurit uoluptatem à Deo, quasi dicat, Etiam cum omnia humana solatia destituerunt, tamen habet fixam in Deo spem, quæ constituitur, quæ erigit inter tot procellas animum. Contra, euertet Deus impios & conatus eorum eludet, dissipabit omnia eorum consilia, ne possint pro suar libidine nocere alijs.

Mulier sedula corona est uiri,

At inhonesta mulier, tabefacit ossa

SALOMONIS.

50

Nos sedulam uertimus, quod in ultimo capite uetus interpres fecit, fortem mulierem, Hebræi ita legunt, Mulier uirtutis. Significat igitur mulierem honestam, et sedulam, suum officium sedulo facientem. Que uero sint officia matris familias, infra docet in postremo capite. Et recensuit ea aliquoties Paulus. Verum in hac sententia pulchre complexus est, Saluatur mulier per filiorum generationem, si tamen in fide manserit. Exigit enim ut credat, nam per fidem contingit iustificatio. Verum cum fides non sit otiosa, sed in aliquo certo opere, ac uocatione se exerat, addit quæ sit uocatio mulieris, gignere, & educare sobolem. Huc accedit custodia quæ ad rei familiaris, de qua præcipit Paulus, cum uult mulier esse dixogop. Sepe alias dixi, in literis humanis nihil de timore, aut fide præcipi, de moribus reperiuntur præcepta, animaduersa ratione. Itaq; in œconomijs traditur, quales oporteat mores esse matris familias, ex quibus petat, si quis uolet ea, quæ ad hunc locum pertinent, mihi id unum dignum uidebatur, quod hic adscriberem. Apellem pictorem ferunt pinxisse uenerem, stantem in testudine, seu cochlea. Cum autem interrogaretur, quare pinxisset testudinem? Respondit, quia deceat mulieres domi esse assiduas, sicut domum culam cochlea circumfert, & domi latet perpetuo.

Officia matris familias.

Apelles, uenerem quomodo pinxerit.

H 2

PROVERBIA

Hæc pictura non inepte significat matrē familias de-
bere dix. ougon esse.

In posteriore uersiculo uertimus, mulier inhone-
sta, id non est de forma, nec de pudicitia tantum acci-
piendum. Requiritur enim in matre familias plæ-
ræq; aliæ uirtutes etiam. Hebræis nomen illud signifi-
cat ferè id quod est in nostro sermone, Schantlich.

**Cogitationes iustorū iudicia sunt,
Industria impiorum, fraus est.**

Planè conuenit cum illa, Qualis uir, talis oratio.
Sed hic non modo de oratione, sed de consilijs etiam
loquitur, ut sit sententia. Iustorum oratio, consilia,
negotia omnia iusta sunt. Impij, uacui metu Dei, &
uacui fide, insidiantur aliorum gloriæ, ac fortunis, in
hoc unum incumbunt, ut sibi opes, gloriam, uolupta-
tes, uel cum aliorum incommodo comparent. Quod
autem sic loquitur Salomon: Cogitationes iustorum
iudicia sunt, figura est Hebræica. Iudicia sunt, id est,
iuste sunt. Iudicij enim uerbo sæpe pro iure utuntur.

**Verba ipiorū insidiant sanguini,
At os iustorum liberat.**

Non admodum dissimilis est sententiæ proximæ,
Qualis uir ta & propius accedit ad illam, Qualis uir, talis oratio.
lis oratio. **Euertentur impij, & non erunt,
At ill**

SALOMONIS

At iustorum domus durabit.

Toties hæc sententia repetita est, ut longa expo-
sitione opus nō habeat. Rursus enim monet, ne offen-
dantur iusti secundis rebus impiorum, & pollicetur
auxilium Dei iustis, tametsi adfligantur aliquantif-
per. Omnes hæc sententiæ uidentur maxime sumptæ
ex Psal. 36. Noli emulari & c.

**Propter prudentiam suā laudabit uir
At improbus pudefiet.**

Quemadmodum præcepit Deus laborē, ita præ-
cipit etiam prudentiam ad res gerendas adhibere.
Estq; prudentia singulare Dei donum, iuxta illud, Ut
oculus uideat, ut auris audiat, Deus facit. Artifici nō
solum opera, sed etiam arte opus est. Ita gerenti
Rempublicam, non solum assiduitate opus est, sed et-
tiam scientia quadam iudicandi res, coercendi deli-
cta, ordinandi & muniendi statum ciuitatis, prohibi-
bendi in negotiationibus occultas technas, & impo-
sturas negotiantium. Imperatorem non solum pugna-
re in acie oportet, sed etiam tenere artes alias regen-
di militis, instruendæ aciei, fallendi hostem, ac eluden-
di. Sicut autem labor bonus est, ita & prudentia bo-
na est. Monet igitur Salomon, ut prudentia, sicut a-
lijs bonis Dei creaturis ut amur cum fide, sicut ego-
tus medicamentis cum fide uti debet. Impij uero,

Prudentia
mundi, absq;
Deo nihil effi-
citur

PROVERBIA

sicut alijs Dei donis, ita etiam prudentia abutuntur, ad nocendum proximo. Docet autem prudentiam profici fieri, si quis ea abutatur. Proinde, significat prudentiam per se nihil efficere. Sed ita esse foelicem, si tu uet eam Deus, infœlicem esse, si aduersetur Deus. Transfert igitur animos nostros a fiducia nostræ prudentiæ, ad fidem, & tamen prudentia uti iubet, sed ita, ut accedat fides. Quia uero impij abutuntur prudentia ad nocendum, contra uoluntatem Dei, non respondent exitus sapientissime, diligentissimeq; cogitatis, sicut testantur exitus Tyrannorum.

Homo uilis, qui suū officiū facit,
Prestat glorioso q pane indiget.

Valde utilis sententia est, damnans το λυπ γα γ μος οβνυ. Nam ambitio tanta est in animis hominū, ut nunquam presentibus honoribus aut presenti conditione contenti sint. Si contigit unus episcopatus, cum res maximi negotij sit, uel unum pagum docere, queritur tamē alius Episcopatus multo negotiosior ac maior. Hos uocat gloriosos, & dicit eos pane indigere, quia enim non possunt satisfacere conditionibus, quas tenent, ideo & sibi & alijs nocent. Adparet in his, qui multa artificia exercent, quam male succedat in illa uarietate. Proinde hic precipitur, ut presenti conditione contenti simus, & eam summa diligentia administremus, & ornemus, Ita futurum

Nemo est contentus sua sorte.

SALOMONIS.

52

est, ut faueat, & benedicat laboribus nostris Deus. Non enim benedicit Deus his, qui uel propter auaritiam, uel per ambitionem affectant aut suscipiunt conditiones grauiores, quam pro uiribus. Non modum absimilis est sententia. Græca illi, ω άρ τ α ρ άνε λα χ ε ς, τ α υ τ α ρ κ ό ρ η ι.

Agnoscit iustus iumentorum suorum animas.

At cor impiorum crudele est.

Alludit ad legem, Non alligabis os boui trituranti. Ea lex monet, ne ulla re abutamur, sed ut sentiamus, Dei dona esse omnia quibus utimur. Proinde ita utamur, ut precipit Deus, & rogemus Deum, ut ea conferuet. Qui uero abutuntur, non sentiunt Deum authorem, aut conseruatorem talium rerū esse. Porro cum illam legem Paulus uerterit in allegoriam, uideatur & hoc adagium non simpliciter accipiendum esse, sed intelligendum allegoricē, iustos reddere mercedem laborantibus, iniustos non reddere. Precipit igitur hoc adagiū, ut grati simus, maximeq; ut his, quorum laboribus uiuimus, gratiam seu mercedem reddamus. Significat autem impios omnes ingratos esse, ut doceat, in eos tantum cadere gratitudinem, qui habent spiritum sanctum. Non est igitur quod miremur, raros gratos esse, quia cum caro

Mercenarius dignus ē mercede sua.

PROVERBIA

semper querat que sua sunt, benefieri sibi semper cupit, uicissim benefacere, aut officium reddere pro officio non studet. Itaque abiit in prouerbum & hoc apud Græcos: μετὰ τὴν δόξαν τὰ χίσα παύσκει χάρις.

Qui agrum suum colit, satur erit panem
At qui sectatur otium, stultus est.

Suam quisque; Præcipit laborem hæc sententia, sed ita, ut suum
prouinciã diligenter ad- quisque; agrum colat. Estque; in pronomine, suum, epita-
ministret. sis, suam quisque; conditionem, suam prouinciam dili-
genter administret. Qui præ sunt in Ecclesiis, non ir-
rumpant in officia Magistratum ciuilium, non ferant
leges, de redditibus, de decimationibus aut de simili-
bus rebus, de quibus constituere Magistratus ciuiles
debent. Qui in scholis docent, suos ordines seruent,
ita enim plurimum proficient. Si Grammaticus occu-
pabit ea, quæ ad Physicos pertinent, aut alios, omisso
suo opere, neque; Physica recte tradet, & interea
suam prouinciam negliget.

Exitium uenantur impij, quicquid
desyderant,
At iustorum radix uerax est.

Idem docet quod primus Psalmus, Quidquid faciet,
prosperum erit. Itaque; iustus ut palma florebit. Quamquam
enim

SALOMONIS

95
enim uideatur in tot afflictionibus, ac morte etiam absum-
pti iusti, tamẽ reflorescẽt, & eorum consilia ac facta pro-
sunt alijs. E contra, impiorum desyderia sunt permi-
osa, id est, ea quæ maxime cupiunt, quibus maxime de-
lectantur, sunt eis exitio, opes & gloria amittent consi-
lia eorum erunt infœlicia ipsis & alijs. Sicut alijs consi-
lium de regno retinendo, & relinquendo suis liberis,

Peccato labiorum irretitur malus,
Sed euadit ex aduersitate iustus.

Impij insidiantur iustis, quos cum decipere conan-
tur, capiuntur ipsi. Deus enim custodit iustos. Est autem
hic obseruandum, quod Salomon significat singulare
Dei beneficium esse, custodiri, ne decipiamur oratione
fallaci, hoc est, ne impijs dogmatis, seu hæresibus ad-
sentiamur. Diabolus enim miris artibus oppugnat
mentes iustorum, ut in errorem abducat, & à uerita-
te abstrahat. Et quoniam doctrina Euangelij supra ra-
tionis iudicium posita est, propensior est ratio ad pro-
bandas hæreses, quæ sunt ferè consentaneæ rationi et
iudicio carnali. Ideo David orat, liberari se à lingua
dolosâ. Et Christus ait, se pro Petro orasse, ut fides ei-
us confirmaretur. Eam præcationem sentiamus ad nos
omnes pertinere, & meminerimus non posse depelli
tela diaboli, nisi oremus ut custodiat corda nostra De-
us, & retineat in cognitione ueritatis.

Cauendum di-
ligenter ab im-
pia doctrina.

PROVERBIA

Ex fructu oris q̄sq̄ saturabit bono
Et retribuet homini iuxta opa sua.

Docet bonorum consiliorum, bonos exitus esse: im-
proborum consiliorum, tristes exitus esse. Hanc enim
existimo simplicissimam esse sententiam. Qui bona lo-
quuntur, bene habebunt, maxime autem hæc ad con-
sulescentes & docentes pertinent. Qui recte consulunt
ac docent, hos defendet & seruabit Deus. Qui impia
docent, tandem dabunt poenas temeritatis. Sicut Tho-
mas Monetarius, seditionis autor, dedit poenas concē-
ditate seditionis. Et retribuetur homini iuxta opera sua,
id est, tametsi poenæ flagitiorum differantur aliquan-
diu, tamen cum Deus iudicet mundum, dubitari non
debet, quin aliquando sint daturi poenas mali. Sic &
de bonorum præmijs sentiendum est.

Thomas mo-
netarius sedi-
tionis autor.

Via stulti recta est in oculis suis.

At sapiens consilium audit.

Exemplum stulti & securi cordis, extat Lucæ 11
ubi phariseus confidit se iustum esse coram Deo. Si
milis securitas est in phariseis, Ioan. 9. Si cæci essetis
non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis, quod uide-
demus, igitur peccatum uestrum manet. Exigit itaq̄
hæc sententia, ut uerbo Dei auscultemus, nec sequa-
mur opiniones rationis sine uerbo Dei. Manasses ino-
dicabat

SALOMONIS.

54

dicabat se gratum sacrificium Deo facere, cum sacrifi-
cari uellet liberos. Et hoc tempore multi iudicant se iustifi-
cari obseruatione monasticarum traditionum. Tales
sunt, quibus uie sue placet, sine uerbo Dei, aut certe, Traditiones
qui uerbum Dei detorquent ad suas opiniones. Nam monasticæ ne-
hi omnium maxime ferociunt, ut heretici, qui suis opi-
nionibus etiã prætexunt uerbū Dei, quod carnaliter
accipiunt, ac deprauiant.

Stultus statim prodit iram suam,
At dissimulat iniuriam callidus.

Sepe in hoc libello præcipit de uindicta. Hic uo-
cat stultum, qui non moderatur iræ, sed statim uiscer-
tur dolorem. Vocat callidum eum, qui se reprimit, ne
quid iræ us faciat cuius eum postea poenitere possit. Si
quis ciuilitate tantum uolet accipere has sententias, in-
telliget hic eadem præcipi, quæ multis locis monue-
runt & humane literæ, ut iræ imperemus. Non sunt
Horatij uersiculi.

Qui non moderabitur iræ,
Infertum uolet esse, dolor quod suaserit & mens.

Dum poenas odio per uim festinat inulto
Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi pareat
Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Et in hanc sententiã, fingit Homerus Achille furen-
tem, & percitū irā à Pallade retrahi, dum gladiu
a duersus Agamemnonem stringit. Voluit enim signi-
ficare sapientissimus poeta, iræ impetum inhibere

PROVERBIA

Vindicta in
totū prohibe
tur.

dum esse. Extant libri Senecæ & Plutarchi, hoc argu-
mento scripti. Sed nos hoc loco intelligimus non tan-
tum ciuilitate præcipi, ut caueamus, ne quid irati tur-
piter faciamus, sed vindictam in totum prohiberi. Si
cut & Christus Math. 5. præcipit: Si quis percusserit
te in dextram maxillam, obuerte ei & alteram. Dili-
gite inimicos uestros. Nam ut gloria sapientiæ ac ius-
ticiæ tantum Deo competit, ita & vindicta gloria
Deo est relinquenda, sicut scriptum est: Mihi uindicta
et ego retribuam. Non igitur occupemus glo-
riam Dei, sed cedamus ei vindictam, sicut præcipit.
Atq; hæc ita sunt intelligenda, ut priuatam vindictam
scianus prohiberi: publica uindicta, quæ fit per ma-
gistratus, sit autoritate diuina. Paulus enim uocat ma-
gistratum, ministrum & uindicem Dei.

Veraces iusticiam palam faciunt,
Mendax testis fallit.

Posterior uersiculus superiorem uidetur uelut es
narrare. Significat enim mendaces arte quadã uti, ut
specie ueritatis mendacium tegant. Sicut apparet in
Calumniæ scri- calumnijs, quæ callide deprauat recte dicta aut facta,
ptorū in ec- quædam dissimulant, alia promunt ac urgent, non ali-
clesia nostro ter atq; pictores eruditi, cum umbras pingunt, procul
tempore. quædam ostendunt, aut omnino non abscondunt, quæ
dam propius exhibent. Atq; hæc ars olim in foro tan-
tum uer-

SALOMONIS

55

tum uersabatur. Nunc irrepsit in ecclesiæ, uideamus e-
nim, quantum sit calumniarum in scriptis plurimorū
hoc tempore. Sic ergo accipiemus hanc sententiã Sa-
lomonis, ut moneri nos arbitremur, ne species illa ueræ
in falsis dogmatis, aut in alijs malis causis nobis im-
ponat. Contra, ueraces iusticiam palam faciunt, id
est, simpliciter, libere, & clare omnia narrant, ut res
clare & recte iudicari possit, cõuenit cum illo uersu.
Veritatis simplex est oratio, hoc est, plana & perspi-
cua, & sibi consentiens.

Temere loqui, perinde est ac
gladio fodere.

At sapientū lingua salubris est.

Conuenit cum uulgato uersu, Plures lingua necat Plures necat
lingua q̄ gla-
dius.
quã gladius. Sed maxime peritiose sunt lingue eo-
rū, qui noua dogmata sine scripturæ autoritate spar-
gunt in uulgus. Non desunt exempla huius sententiæ
intuenti communem uitam, maxime hoc tempore, cū
tam multi sunt nouorum & impiorum dogmatum au-
tores, qui cum sibi ipsis, tum multis alijs exitio sunt.

Verax labiū firmū est semper,
Et mox uariat lingua mendax.

Vulgaris sententiã est, Mendacem oportere me-
morem esse, haud dubie ex eo nota, quod mendacia in

PROVERBIA

ter se non cohereant. Ita fit, ut qui mentiuntur, constare sibi uix unquam possint. Et deprehenduntur hoc pacto architecti mendaciorum, quia pugnantia inter se narrant. Ecōtra, uerax labium firmum est semper, hoc est, uera narratio non pugnat ipsa secum, nihil habet à se dissentiens, nihil non planum, sicut & dialectici docent, uera ueris consentiunt. Atq; hac regulantur in obscurioribus questionibus explicandis. Vt si quid à uera aliqua sententia manifeste discrepat falsum esse pronuncient, quia uera nusquam pugnant inter se possunt.

Qui machinantur mala, frustrantur,
Et gaudiū apud pacificos erit.
Non accidet iusto dolor,
At impij obruentur malo.

Malum consiliū, consultori pessimū.

Monet ut saepe alias, impiorum consilia cum insidiantur iustis, recidere in autores. Id experientia docuit, etiam gentiles, quare ab Hesiodo scriptum est, ἰδὲ καὶ ληθούλη τῶ δουλεύειν κακίῃ, ubi nos uertimus gaudium apud pacificos est Hebraei legunt, apud consulentes pacifica, gaudium, quod ad perspicuitatem sententiæ aliquid facit. Intelligit enim de docentibus, de consulentibus, de his qui præsunt, maxime debet. Virtus egregia est mansuetudo seu patientia, nec ledere alios, & illatā iniuriā tolerare. Sed

SALOMONIS.

56

hæc uirtus maior est, doctrina & consilio efficere pacem. Huc pertinet, quod inquit Christus. Beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur. Cū. n. diabolus homicida sit, filij diaboli nō solū ipsi alios lædunt, sed etiam suis consilijs, sua doctrina ubiq; student perturbare. & consilientiarū pacē, & tranquillitatē uitæ corporalis. At filij Dei tradunt doctrinā, quæ pacatās corā Deo reddat conscientias, quæ tollit uindictæ cupiditatē, quæ docet petere & expectare auxiliū à Deo, sicut Paulus ait: Pax Dei regnet in cordibus uestris, seu gubernet corda uestra, id est, tametsi affligamur, tamen sentiamus nos Deo placere, non irascamur Deo, nō desperemus, nō abstrahant nos ab eo ulla ærummæ. Præterea cū ipse prohibuerit uindicare, expectemus in aduersis ab ipso consolationem, & auxiliū, non exerceamus uindictam carnali consilio ac cupiditate.

Discrimen doctrinæ filiorū Dei, & diaboli.

Abominat Dñs mētientia labia,
At ueraces placent ei.

Sepe dixi, hoc interesse inter prophanas sententias, & propheticas, q̄ propheticae docent, quæ sit uoluntas Dei: Prophane de uoluntate Dei nihil tradunt, etiam si præcepta morum continent. Multæ sententiæ extant in literis Latinis & Græcis, in quibus uituperatur mendacium. Nam & apud Homerum grauissime inquit Achilles, se nō secus ac mortē odisse eū, qui aliud in ore promptum, aliud in pectore clausum habet.

PROVERBIA

ἐχθρὸς γάρ μοι κείνος ὁμοῦς αἰσέο πύλοισιν ὄς
 χεῖτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἀλλ' ὁδὲ ἐΐση.

Sed in Salomone consideranda est comminatio, inquit enim, Deum abominari mentientes. Hæc uox commouere nos debet, ne menti amur. Non enim dubitari debet, quin Deus mendacia prolaturus sit, & sumpturus de mentientibus poenas, sicut testes in historia Susanna, qui mentiebantur, deprehensi sunt. E contra, cum ueraces placeant Deo, credi debet, quod ueritatem patefacturus sit, ac propugnaturus, sicut apparet in Ioseph, qui per calumniam accusatus, tandem liberatus est.

Mentientium
 pœna.

Nō ostētat homo callidus scientiā
 At cor stultū prædicat stulticiam.

Iactantiam taxat. Porro in sacris literis non tantum Thrasonica illa iactantia damnatur, quæ etiam in commedijs irridetur. Alia quædam est obscurior iactantia, considerare sua sapiētia, aut iusticia, aut uiribus, contra uoluntatē Dei. Sicut cōfidit Ahitophel, se calliditate sua oppressurum esse Dauidem. Sicut etiam pseudoprophetae confidunt, apud Hieremiam, qui inquitunt, Lex non peribit à sacerdote, negant se errare posse, uolunt à se requiri iudiciū de prophetis. Est mirabilis quædam arrogantia Fanaticorum spirituum hoc tempore, qui de Sacramentis, de Magistratibus,

SALOMONIS:

59

deq; alijs multis locis impiè sentiūt, quorum pleriq; iactant, se diuinas reuelationes habere, & quemadmodum inquit Paulus: Incedunt in his que non uidentur. Verum exitus quorundam ostendit eos omnia mentitos esse.

Ego uidi Nicolaum Storck, id nomē fuit uiro, qui primus uidetur in Germania sparsisse uenenū illud impiorum dogmatum. Hunc audierunt Carolstadius & Monetarius, quibus uelut emissarijs usus, perturbauit totam Germaniam. Hic prædicabat, sibi per somnia ostendi à Deo, quæ uellet. Adfirmabat ad se Angelum uenisse, qui dixisset, cum in sedem Gabrielis angeli collocandum esse. Ea uoce iudicabat sibi promissum esse imperium orbis terrarum. Dicebat sanctos & electos imperaturos esse, oppressis omnibus impijs, se duce, omnes Reges, omnes principes orbis terrarum delendos esse, Ecclesiam purgandam esse, Arrogabat sibi dijudicationem spirituum, prædicabat se agnoscere electos, Verbi auditum, Baptismū, Eucharistiam simpliciter irridebat. Fingebat nugas quasdam, quibus se prepararent homines ad recipiendum Spiritum sanctum, si pauca loquerentur, si sordide uestirent ac uictitarent, si conuitijs etiam flagitarent Spiritum sanctum à Deo. Cum ueteres historias lego, uidetur mihi κατὰ ποί & ἐνδοξοίαι hæretici familia ferè professi esse. Atq; hæc scribo,

Nicolaus
 Storck autor
 multorū im-
 piorum dog-
 matum.

PROVERBIA

non maledicēdi studio, sed ut imperiti admoneantur,
ut fugiant, ac vitent eiusmodi arrogantes spiritus.

Nicolaus ipse adhuc passim uagatur, quanquam diu
iam latet, & habet intiatos suis dogmatibus in multa
locis. Itaq; prodest monere homines, ne patiantur
sibi imponi ab ea factione, quæ merito debebat suspen-
da esse, propter tam nouam & inusitatam iactanti-
am. Sicut Salomon hic Thrasones illos ac iactabun-
dos, nihil de se ueri prædicare inquit, Stultitiam, in-
quit prædicant, magna de se pollicentur, cum præsta-
re nihil possint. At sancti non ostentant sapientiam,
aut iustitiam. Sciunt enim sapientiam nostram inanē
esse, nisi Deus eam iuuet. Sicut scriptum est in Eccle-
siaste 9. Non est uelocium cursus, non est sapientium
panis &c. Fieri potest, ut sapientis consilia omnia fi-
ant irrita, & melius succedant consilia alterius cuius
spiam, cui fauet Deus. Compererunt & gentes sæpe
sapientum consilia inutilia esse. Itaq; Cicero dis-

Optime cogit, Optime cogitata sæpe pessimè cadere. Ipse enim
tata, sæpe pessimè illis ipsis consilijs, quibus Antonium opprimere, &
sime cadunt. Rempublicam in libertatem restituere conabatur, &
uertit Rempublicam: Et Demosthenes fuit infelix,
in defendenda patria libertate. Itaq; cum tam multa
fessellissent eum, inquit, uidere se q. fortuna longe uina-
cat sapientiam. Hinc etiam uersiculus, quem recitat
Cicero, natus est, Vitam regit fortuna, nō sapientia.

HA

SALOMONIS

58

Has uoces expressit sapientibus uiris experien-
tia, per quam uiderunt, non ubiq; succedere sapienti-
bus ea, quæ putant optime ac diligentissime delibera-
ta esse. Discamus igitur Deo credere, ac postulare, ut
ipse gubernet nos, quæadmodum Psalmus præcipit,
Reuela Domino uiam tuam, & ipse faciet:

Manus fedulorum dominabitur,

Otiosa uero sub tributo erit.

Sollicitudo in corde uiri cruciat eum,

Bonum uerbū exhilarat eum.

Videntur mihi coniungendæ esse hæ sententiæ:

Prior enim præcipit, ut laboremus, sicut & in Gene-
si scriptum est, In sudore uultus tui, comedes panem
iuum. Et Paulus inquit, Laboret unusquisq; manibus
suis. Hic uero propriè monet eos, qui gerunt Respu. Magistratus
ut sint uigilantes ac seduli, in coercendis malis, in officium, uigi-
puniendis delictis, in iurisdictione, in pace publica lare in Re-
defendenda, ut bonarum artium ac uirtutis studia u-
uent, ne subditos immodicis & iniustis exactionibus
& operis onerent. Nam Deus eiusmodi iniusta impe-
ria non finit esse diuturna. Ideo hoc loco minatur, oti-
osam manum sub tributo fore, quasi dicat, si negligen-
ter, si crudeliter imperaueris, nam & negligentia in
imperio crudelis est, futurum est, ut seruas alijs, ut
eripiatur tibi imperium.

PROVERBIA

Posterior uero sententia interpretatur superiorē.
 Sic enim labor adum est, non ut labore nostro, nostra
 diligentia confidamus sed ut Christus inquit, Nolite
 solliciti esse de crastino. Nos nostrum officium face-
 re debemus, tanquam iussi à Deo, & credere q̄, Deus
 sit gubernaturus nostrum laborem. Salomon scit su-
 as uires neququam tanto regno gubernando suffice-
 re. Ideo à Deo sapientiam flagitat, & hac fiducia ad
 ministrat, quod sentit se Deum habere, & gubernato-
 rem & defensorem. At ubi non est fides fieri nequit,
 quin succumbant in tanta uarietate periculorum &
 negotiorum, maxime isti, qui Respub. gerunt. Sic er-
 go accipienda est sententia posterior. Sollicitudo, hoc
 est, cura sine fide erga Deum, infelix est, & miserè
 exercet homines, Eius rei exemplū est historia Saul.
 Hic enī, cum à Deo nihil auxiliij expectaret, uide quo
 modo angitur, consulit Magos, exuscitat mortuos, &
 desperationem decernit cum hostibus, post infelicē
 pugnam sibi mortem consciscit. At bonum uerbum
 exhilarat, certe conscientiam nihil erigit, aut conso-
 latur, nisi uerbum Dei, promittentis gratiam & au-
 xilium. Quemadmodum promissione Dei Abraham
 confirmatur, eamq̄ opponit omnibus periculis &
 aduersitatibus. Sic enim promiserat Deus. Noli time-
 re Abram, Ego protector tuus sum, & merces tua
 magna nimis. Quidam malunt interpretari hoc
 modo

Sollicitudo si-
 ne fide infœ-
 lix est.

SALOMONIS

59

modo. Sollicitudinē in corde suo opprimit uir. Quā
 lectionem si quis mauult sequi, tamen ad hanc senten-
 tiam poterit accommodare. In laboribus uita, ac ne-
 gotijs, in tot periculis, sollicitudines & cura exercēt
 homines, adigunt etiam impios ad desperationem,
 sicut de Saule dixi. Est igitur uincēda sollicitudo per
 fidem, sicut Christus iussit. Nolite solliciti esse de
 crastino.

Iustus foelicio est proximo suo,
 At uia impiorum decipiet eos.

Monet ut sepe aliās, iustos tegi ac defendi à Deo,
 & gubernari. Sunt igitur foeliciores quam alij, uide-
 licet quam iniusti. Sicut foelicio est Dauid, q̄ Saul,
 quanquam enim adflagatur aliquandiu Dauid, tamen
 ad extremū, Saul, dat horribiles impietatis poenas.
 Et in regni administratione Saul est infelix, amittit
 exercitum, filium, magna ui occupant hostes bonam
 Regni Israhelitici partem. At Dauid foris est foeli-
 cissimus, & decedens, certum Regem ac successorē
 relinquit, pacato ubiq̄ Regno.

Iusti foelicio-
 res iniustis.

Negotiatio ociosi non est foelix,
 At seduli ditescunt.

Precipit & haec sententia diligentiam & laborē:
 Sed ad hanc conferenda est illa, quam supra posuit,

Benedictio Domini diuites facit. Sic enim labor ac diligentia foelix est, cum iuuat eam Deus. Neq; tamen iuuat Deus otiosos, quippe, qui non obtemperet precepto Dei.

In semita iustitiæ uita est,
Et in uia recta non est mors.

Pij offenduntur
secundis
rebus impiorum.

Nulla ferè pagina est huius libelli, in qua non inuenias hanc sententiam repetitam, & haud scio, an ideo toties iuculet, quia in tanta imbecillitate animo- rum humanorum, iudicauit nos sepe commonefaciendos esse. Secundis rebus impiorum offenduntur, non modo à Deo, sed etiam pij aliquando. Nota est enim uox in Psalmo, Quis ostendet nobis bonum? Vbi queruntur pij, se adfligi, & faciunt eronne, ut uideantur deserti esse à Deo. Aduersus istiusmodi scandalum confirmat mentes, ut sentiant se Deo curæ esse, uetat desperare iustos. Tandem enim uiuent, inquit. Viam rectam uocat, cum iuxta uerbum Dei agimus, nec inde nos depelli patimur, aut metu, aut illecebris blandientis fortune, aut opiniõibus, ac doctrinis impijs, aut exemplis impijs.

CAP:

CAP. XIII.

Filius sapiens paternam eruditio-
nem sustinet.
At sublannator non audit incre-
pationem,

CVM hic libellus magna ex parte cõtineat quãdam παροιμιῶν γὰρ, sepe fit mentio præcepti quarti, Honorâ patrem ac matrem &c: Eo referri debet & hæc sententia. Præcipit enim ut pueri patiantur se à parentibus regi, castigari, & in Parentibus obediendum, propter Deo

Sublannatores uocat homines prophanos, qui se curi irrident iudicium Dei. Tales esse ait illos, qui non sustinent increpationem. Nam qui iudicio Dei nihil mouentur, qui non sentiunt Deum uelisci cõtuneliam factam parentibus, hi auctoritatem parentum nihil morantur. Econtra, qui præcepto Dei, minus, qui promissionibus mouentur, hi propter uoluntatẽ Dei colunt & reuerentur parentes. Significat igitur Salomon, singularem impiã et prophane mentis notam esse, continere parentum obiurgationem. Possunt hæc, que de puerorum increpatione dixi,

I 4

PROVERBIA

transferri longius, nempe ad afflictiones, quibus ex-
ercentur pij à Deo, quemadmodum aliquot sententi-
as supra tractavi, ex quibus sumat, si quis longiorem
enarrationem postulat.

De fructu oris unusquisq; bo-
na consequetur.

Et aia contemptoris punietur.

Qui custodit os suum, uitam
suam custodit.

At q; temere apit labia, terrebitur

Summa cura
lingua regi
debet.

Clara sententia sunt, linguam summa cura regen-
dam esse. Qua de re copiose præcipit Iacobus. Sed
cum in omni uita cauendum est, ne quod uerbum te-
mere nobis excidat, quod consciëntiam ledere possit,
tum maxime in docendo, ac consilijs dandis præstan-
dum est, ne quid doceamus alienum à doctrina Euan-
gelij, & ne quid consulamus contra mandata Dei.
Sed in omnibus consilijs in docendis ac regendis
lijs, seruanda regula est, quam tradidit Petrus: Si
quis loquitur, loquatur tanquam oracula Dei.
Non enim de nihilo est, quod hic minatur, Qui teme-
re aperit labia, terrebitur. Multa enim exempla ex-
tant in quibus cerni potest, quam horribiles exitus
suerint.

SALOMONIS

61

suerint eorum, qui aut impia dogmata defenderunt,
aut Respublicas impijs consilijs perturbauerunt, ac
bella excitarunt. Arius cum magna pompa deducere
tur ad templum, forte è uia declinat, uentris exonerã
di causa. Ibi singulari quodam fato defluerunt extia
eius in latrinam. Is homini turbulento & superbo ui-
ta exitus fuit. Et Cerinthum, aiunt blasphemantem
balnei ruinis oppressum esse.

Cupit piger, & eget,

At anima sedulorum saginabitur.

Nil uenustius hoc prouerbio excogitari potest. Nullum uite
Notantur autem isti, qui pertesi sui officij, seu uocati genus in totum
onus sue, subinde alias artes, alias conditiones appetunt, beatum,
& aliam rationem querendi uictus, augendarum
facultatũ, amplificandi honoris ineunt. Monet igitur
conatus inuiles esse istorum, qui fastidio presentis
conditionis, subinde commodiorem querunt: Optat
ephippia bos piger, optat arare caballus. Nullum enim
uite genus est tam foelix, quod sit, ut ait poeta, ab omni
parte beatum. Multa insunt incommoda etiam in his
conditionibus que uidentur esse maxime tranquille
Proinde exigit Deus à nobis, ut credamus nobis im- Afflictiones
posita esse istiusmodi onera ab ipso, & ut ea patienter to- patienter to-
leremus, & sentiamus ipsam gubernatiuũ esse lerande sunt
nostra pericula sicut præcipit Paulus: Pax dei regnet

PROVERBIA

in cordibus uestris, uidelicet, ne stomachemur aduersus uoluntatem Dei, qui nos in humilem aliquam conditionem coniecit, qui nos exercet uarijs in ea conditione periculis, aut incommodis. Est itaq; piger, qui succumbit his oneribus ferendis. Porro succumbere necesse est eos, qui sunt sine fide. Queritur igitur alia conditio, sed in hac, etiamsi contigerit, multo plura offendit, quam in priore. Nec sine iactura suscipi nouum negociū potest. Ideo inquit Salomon, pigros illos egere, desilientes ex alijs artibus aut conditionibus, in alias. At seduli ditescunt, uidelicet q non absterriti communibus incommodis propositum urgent, & uoluntatem Dei tolerant, & freti auxilio Dei perdurant in uocatione.

Mendacium odit iustus,
At impius confundit & maledicit.

Huc accersenda est sententia supra posita, Delecta tegit charitas. Est enim id officium charitatis, aliena errata tolerare, ac sanare, sicut & Paulus precipit: Alter alterius onera portet. Si quid desideras in Magistratu seras, & tua diligentia pro uirili sarcinas: Si quid in coniuge offendit, tolerato, & tua industria sanes eius imbecillitatem. Neq; enim aliter ueritatis pax unquam poterit, nisi e traxerit, & quadam mutua utamur, & mutua errata cōdonemus, ac sanemus
Paulus

Charitas tegit delicta proximi.

SALOMONIS

Paulus precipit, ut honestiora membra excubet pro deformibus tegendis. Ad semper oportuit prestare firmos, ut obsecudent & cedent infirmis. At impij, quam charitatem non habent, diuersum agunt. Aliorū benefacta calumniantur, & quantum possunt, deformare alios student, & famam seu gloriam ex aliena infamia aucupantur, sicut in Euangelio Pharisei q Christū uocat uini potatorē, imminuere conātur ex istimationē Christi, ut pluris à populo fieret ipsi.

Iustitia seruat probos,
Et impietas deflectit ad peccandū.

Impij etiā nolentes & ignorantes trahuntur ad peccata, & ad suā perniciē, qā nō sunt muniti uerbo Dei, nec custodiuntur à Deo. Quare cum exerceat in eos tyrannidem suam diabolus, cumq; laqueis eius irretiti teneantur, uarie delinquant. Nō uidet Manasse quantum se eleris sit, mactare filios, ac in tanto errore uersatur, ut existimet se gratissimas hostias deo offerre. Ita & nunc Fanatici spiritus suis opinioibus adeo pertinaciter fauent, ut surdi sint ad omnia que opponuntur ex scripturis. At iustitia seruat probos. Nam fidele peccus sentit se custodiri à Deo, & aduersus insidias satanæ instructum est, ac munitum uerbo Dei, nec confidit humanis uiribus, quare à Deo custoditur ac defenditur. Nulla enim tanta sapientia est,

Fanaticorum spiritus perit nati.

PROVERBIA

quam non fallere norit diabolus, nisi Deus depellat eum. Quare & nos oremus Deum, ut suo spiritu corda nostra regat, ne à ueritate abstrahamur.

Diuites quidam sunt, tamen si nihil habeant.

Pauperes alij sunt, tamen si magnas opes habeant.

Non placet interpretari de diuitibus, qui propter auariciam sordide uiuunt, nec sciunt uti opibus, iuxta uersiculum,

Auaro tam deest quod habet, quod non habet.

Magis placet interpretari de his, qui cum habeant magnas facultates, tamen egent, & multa debent. Huiusmodi multos uideas, qui in maximis opibus tamen sunt obruti non propter luxum, aut magnitudinem sumptuum, sed quia Deus eis non benedicit. Proinde ut supra dixit, Benedictione domini diuitias obijci, ita hic monet, fortunante Deo, conseruari diuitias, & gubernari dix. οὐρανῶν. Sæpe enim uidemus homines in exquisitis facultatibus commodissime uiuere, educare liberos, instituere & elocare. Uidemus etiam longe diuabiliore esse quorundam tenues copias, quam aliorum amplissimas. Regnum Iuda multo minus erat Israelitico, at multo felicius fuit, multo fortius defensum est, postremo

SALOMONIS.

est, postremo etiam diutius durauit, quam Israeliticum. Talia exempla commonent nos, ut discamus, non posse facultates sine Dei auxilio retineri. Idem iudicandum est de alijs donis Dei. Nulla enim dona sunt felici sunt felicitia, nisi uiuet ea Deus, sicut scriptum est: Non est uelo nisi ea uiuet cum cursus. Tunc igitur recte ac feliciter Dei donis Deum utemur, cum accesserit fides, quæ credat ea à Deo gubernari, & auxilium Dei postulet ac expectet.

Redimunt uitam diuitiæ,

Et egenus non perfert increpationem

Pleraque sententiæ non tam peæcepta, quam communes casus continent. Ita & hoc loco significat, meo iudicio, sæpe hoc accidere, ut opulenti redimant uitam diuitijs. Certe in legum pœnis usurpari solet illud, Qui non habet in ære, luet in corpore. Et nota est uox cuiuspiam, Similes esse leges, aranearum telis, quas mus Leges similes eæ ualidiores perumpunt, imbecilliores tantum irre sunt telis araneæ tenentur. Existimo huc pertinere & illud: Dat nearum ueniam coruis, uexat censura columbas. Inopes, qui nihil præsidij habent, magis & leges metuumt, & iniuriam. Diuites cõfidunt opibus ac uiribus, non modo aduersus iniuriam, sed etiam aduersus leges.

Lux iustorum gaudium adfert,

At lucerna impiorum extinguetur.

Frequentissima metaphora est in scripturis, tene

PROVERBIA

bris significari angustias, res aduersas, & luce signifi-
ficari cōsolationem, res secundas, gloriam & similia,
ut in Psalmo, Orietur lumen in tenebris recto. Ita hic
intellige gloriam iustorum perpetuam esse, & gaudi-
um ipsis afferre. Gloria impiorū ipsis est exitio. Nō
enim utuntur donis Dei cum timore Dei, sed abutun-
tur ad suas cupiditates, sicut apparet in Saul, qui con-
secutus à Deo regnum, conatur id retinere contra uo-
luntatem Dei, & crudelem tyrannidem exercet, cum
procuratio rei alienæ ei commissa esset.

Prorsus inter supbos est cōtentio,
Et sapientia est apud eos, qui
consilia quærent,

Multa huius sententiæ exempla habemus. Ideo e-
nim Cain occidit Abel, quia indigne tulit, eum sibi à
Deo præferri. Esau fratrem persequitur, quia noluit
de honore primo genituræ, quem Deus transtulerat
in Iacob, cedere. Saul insidiatur Dauidi, quia egrefert
regnum sibi eripi. Ioab occidit Amasan, prælatum à
Dauid. Ex his exemplis intelligi potest, & qui sunt
superbi, & quanta bella, quantas contentiones super-
bia gignat. Nusquam clarius perspici potest superbia
quàm in inuidia ac emulatione, emulatio autem parit
cōtentiones. Atq; hos affectus, & hæc uitia uidemus
in summis hominibus hæsisse, in Cain, Esau, Saul. Et
in Eccle

Quas conten-
tiones gignat
superbia.

SALOMONIS

64

in Ecclesia hereticos ingeniosos, & acres uiros accē-
dit plerunq; emulatio, ad perturbandam Ecclesiæ pa-
cē. Proinde quo quisq; superior est hoc magis metuat
sibi ab hac peste, nec sinat emulatione occupari animū.
Nullus neq; finis, neq; modus est certaminum inter su-
perbos. Sicut etiam in prophanis historijs cerni po-
test. Quam luctuosum & horribile bellum Romæ ex-
citauerunt Pompeius ac Cæsar, dum uterq; dominari cu-
pit. Ad istiusmodi exempla accommodari prior uersu
culus huius sententiæ potest. Posterior, contrariam
sententiam illi continet, sapientiam esse apud eos, qui
quærent consilia. Nam Hebræi legunt, Noxim, quod
significat eos, quibus consilium datur. Intelligamus
igitur hos, qui audiunt consilia, quiq; paciuntur se mo-
neri, non solum tranquillos esse, sed etiam foelices: Ca-
in non auscultauit uoci ac monitis Dei, sed immani o-
dio inflammatus, affectui suo morem gessit. At Dauid
cum trasceretur Nabal, placari se passus est, ac agit
Deo gratias, q; destinata uindicta prohibuisset. Si qui
tali sunt animo, ut audire meliora docēibus ac monen-
tibus cupiunt, isti nō diu, nec acerbè rixantur. Euse-
biius scribit, Corationē hæreticam audita Dionisij A-
lexandrini disputatiōe surrexisse, cū esset suæ facti-
ōis antesignanus, et errorē agnouisse, et hortatū esse
suos gre-

Nullus finis
est rixarum
inter supbos.

PROVERBIA

Discrimen su-
perborum ac
humilium.

suos gregales, ut abijcerent impia dogmata. At Ari-
us neminem audiebat, quia uincere malebat, quam ue-
ra discere, nec querebat consilium, sed uictoriam. Sūt
igitur superbi, qui suae gloriæ defendendæ causâ belli-
gerantur, aut qui ideo tumultuantur, ut suum dolorem
ulciscantur, ut suo odio morem gerant. At humiles
sunt, primum qui cedunt uoluntati diuinæ. Dauid, cū
è regno eijceretur, agnoscebat se iusto iudicio dei fla-
gellari, & de regno cessurus erat, si Deus uoluisset.
At Saul cum uideret alterum sibi præferri, uoluntati
Dei credere non potuit, sed acerrimum odium concipi-
pit aduersus Deum ac Dauidem. At qui si posuisset to-
lerare iudicium Dei, & se passus esset deijci de regno
habuisset Deum propitium, qui illius regni iacturam
locupletissime sarcire, & poterat, & uolebat. Plane
necessaria est hæc uirtus omnibus hominibus maxima
meq; his qui singularia dona Dei habet, ut agnoscant
uoluntatem Dei, cum alij præcurrunt eos, nec inuide-
ant potioribus. Deinde humiles sunt etiam, qui uerbo
Dei cedunt, qui in deliberationibus, aut doctrina, nõ
sequuntur suas opiniones, sed ex uerbo Dei moneri se
ac doceri patiuntur, præterea de suis commodis non
litigant, magna æquitate animi tolerant, ac leniunt ali-
os ferociore, ne qd mouere possint: non irritant moro-
sitate, sed flectunt potius ac mitigant, ne publica pax
periturbetur. Vtrosq; uocat Salomon consilia queren-
tes, &

SALOMONIS.

68

tes, & eos qui uoluntati Dei norunt cedere, & illos
qui doceri se ac moneri ex uerbo Dei patiuntur. Et
cum sapientiam eis tribuit, felicitatem, successionem,
bonos exitus consiliorum, atq; actionum tribui, intel-
ligendum est. Qualis enim fuit exitus Saulus? Profe-
cto talis, ut agnoscere posses uocẽ Petri: Deus super-
bis resistit. At dauidis exitus fuit letissimus, Humili-
bus enim Deus dat gratiam.

Opes prodigalitate miuuntur,
Et parsimonia augentur.

Oeconomicum præceptum est, uetans prodigali-
tatem. Simile illi supra posito, Ne des alienis opes tu-
as. Neq; enim delectatur Deus profusione, cum facul-
tates effunduntur, in quos non oportuit. Nam illic ali-
enos uocat eos, quibus nihil debemus. Et quod nos
prodigalitate uertimus, legunt Hebræi uanitate,
quo nomine significant inutilem profusionem, & nõ
necessarios sumptus edificationis, uestium, conuiuio-
rum, famulicij, & similia nugarum, quibus nulla
pecunia, quantumuis magna, suppeditare queat. At
parsimonia sicut inquit Cicero, magnũ uectigal est.
Etenim cum ex facultatibus tantum decerpit, quan-
tum postulat necessitas, & rebus exiguis eleganter
utatur, & quod superest, adseruet ad alterius tempo-
ris usus, sit ut præsentis facultates paulatim accu-
mulet, &

Deus non de-
lectatur ni-
mia bonorum
profusione.

Parsimonia
magnum uecti-
gale,

PROVERBIA

vult. Extant autem hac de re multa honesta præcepta in humanis literis. Sed hic meminerimus diuinâ uoce nobis parsimoniam & frugalitatem præcipi. Nam & Christus luxum in diuite apud Lucam cap. 16. taxat.

Spes quæ differtur, cruciat cor,
Et lignum uitæ est, si contigerit id quod cupis.

Hebræi, spem, pro re quæ expectatur aut speratur sepe accipiunt. Cæterum spei ea natura est, ut cū extrahitur ac differtur id quod expectat, mirabiliter cruciet animū. Abrahæ promissum semen erat, et posteritas. Sed quoniam Deus diutius opinioe ipsius differt promissum, queritur Genesis 15. Ego uadam absq; liberis, captiuos, si quam spem habent euadendi, tamen mora ualde exercet, Ita et sanctos exercet mora, sperantes, & orantes ut Deus ferat opem, liberet eos, sicut significat Psalmus: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum &c.

Qui contemnit uerbum, dolebit,
Qui timet mandatū, pace fruetur.

Vituperatur securitatem carnalem uituperat, sicut & Christus carnalis securus uituperat Matth. 24. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, uora mfacit dominus meus ueniat, & cœperit percutere seruos suos, manducet

SALOMONIS: 66

autem & bibat cum ebriosis, ueniet dominus serui illius, in die qua non sperat &c. Ita & hoc loco minatur ei qui securus negligenter facit officium. Nam uerbum, Hebraica consuetudine generaliter accipi existimo, sicut Latine rem dicunt, aut Græci νεαρτα semper agnoscere debemus quid mereantur peccata nostra, semper diffidere nostris uiribus, & ut quoti die præcarnur, dimitte nobis debita nostra, ita sentire debemus, multa debere nos deo in eo officio, quod unusquisq; sustinet, quæ nõ possumus psoluere. Eiusmodi timorem in animis uersari oportet, sed in quorur sus erigamur per fidem. & credamus Deum esse gubernaturum ea quæ iuxta ipsius mandata suscipimus atq; agimus. Non existimet princeps, dicam enim hoc exēpli causa, se leue onus sustinere, sed agnoscat se prouinciam a Deo traditam sustinere, agnoscat se sepe labi, ac peccare, diffidat suis cōsilijs ac uiribus, nihil suscipiat contra mandata Dei, credat Deum gubernaturum esse ea, quæ ex mandato ipsius susceperit, siue pacis siue belli temporibus.

Institutio sapientis fons uitæ est,
Ad uitandos laqueos mortis.

Præcipit, ut regi se infirma ætas, et imperiti pati Deus uult subditâ esse adolescentiam. Pessimus magister est sibi qsq; ut dici solet, sed maxime adolescētia, quâ deus uult subditâ esse alijs, lescētiā.

PROVERBIA

qui regant & custodiant eam. Nō est enim leue p̄ceptum, quod sepe iam repetiuit Salomon, Honora patrem & matrem, & sunt additæ grauissime, cum promissiones, tum conuinationes. Qui suo arbitrio uiuunt, nec reguntur à superioribus, non uitabunt laqueos mortis, sed à diabolo precipitabuntur in uaria flagitia, & calamitates, donec prorsus pereant.

**Fœlix prudentia iucunda est,
At uia cōtemnentiū aspera est.**

Non uno loco monet Salomon, prudentiam humanam sepe falli, sicut exempla quotidiana communis uitæ testantur, neq; opus est repetere ex historijs, quoties sapientissimi homines decepti sint, qui illis ipsis consilijs, quibus iudicabant se Respub. defensuros & seruatuos esse, euerterunt eas. Docet igitur, ne confidamus nostra prudentia, alia quædam prudentia querenda est, quæ sit fœlix, quam non fallat successus, ea demum iucunda est, hæc habet lætos exitus. Posterior uersiculus submonet, unde petenda

Vnde petenda uera prudentia. sit illa prudentia. Via contemnentium, inquit, asperior est, id est, qui confisi suis consilijs, aut uiribus, suscipiunt aliquid contra mandatum Dei perierunt, sicut perierunt Pharaon, Saul, Absalon, & similes. Est igitur fœlix prudentia, ea tantum suscipere, quæ præcipit Deus, & postulare, ut Deus illa gubernet, sicut scriptum

SALOMONIS.

67

eriptum est, Reuela Domino uiam tuam, & ipse faciet.

**Omnia facit callidus cū scientia,
Fatuus stultitiam prodit.**

Scientiam uocat, quod uulgo discretionem adpellant, id est, uidere quid quoq; loco ac tempore deceat, ita enim usus est & Petrus uocabulo scientiæ, u. Pet. 3. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, id est, non sequamini impetum animi cæcum, sed moderatione quadam utamini erga uxores, uidete quid quouis tempore conueniat, aliàs amanter admonende sunt, aliàs seuerè obiurgandæ, sed tamen ut seueritas non degeneret in seuitiam aut crudelitatem. Sic pro moderatione accipiendum est uocabulum scientiæ & hoc loco, ut sepe aliàs. Docet autem hæc sententia id quod est apud paulum scriptum, ut temporari seruiamus, ut uideamus quid unoquoq; loco conueniat. Ridetur apud Poëtam ille, qui scit simulare Cupressum, & pingebat eum ubiq; etiam in naufragij pictura, cum in mari arbores nulle nascantur. Ita hic fatuos ait prodere stultitiam. Latine literæ uocant illud hominum genus, ineptos, qui quid deceat, non animaduertunt, ut qui apud imperitam plebem disputant de obscuris questionibus, obmissa interim doctrina fidei & timoris Dei.

Tempori seruiendum est.

PROVERBIA

qui regant & custodiant eam. Nō est enim leue præceptum, quod sepe iam repetiuit Salomon, Honora patrem & matrem, & sunt additæ grauissimæ, cum promissiones, tum comminationes. Qui suo arbitrio uiuunt, nec reguntur à superioribus, non uitabunt laqueos mortis, sed à diabolo præcipitabuntur in uaria flagitia, & calamitates, donec prorsus pereant.

Æoelix prudentia iucunda est,

At uia cōtementiū aspera est.

Non uno loco monet Salomon, prudentiam humanam sepe falli, sicut exempla quotidiana communis uitæ testantur, neq; opus est repetere ex historijs, quoties sapientissimi homines decepti sint, qui illis ipsis consilijs, quibus iudicabant se Respub. defensuros & seruatuuros esse, euerterunt eas. Docet igitur, ne confidamus nostra prudentia, alia quedam prudentia querenda est, quæ sit foelix, quam non fallat successus, ea demum iucunda est, hæc habet letos exitus. Posterior uersiculus submonet, unde petenda

Vnde petenda uera prudentia.

fit illa prudentia. Via cōtementiū, inquit, aspera est, id est, qui consilijs suis consilijs, aut uiribus, suscipiunt aliquid contra mandatum Dei pereunt, sicut perierunt Pharao, Saul, Absalon, & similes. Est igitur foelix prudentia, ea tantum suscipere, quæ præcipit Deus, & postulare, ut Deus illa gubernet, sicut scriptum

SALOMONIS.

67

criptum est, Reuela Domino uiam tuam, & ipse faciet.

Omnia facit callidus cū scientia,
Fatuus stultitiam prodit.

Scientiam uocat, quod uulgo discretionem adpellant, id est, uidere quid quoq; loco ac tempore deceat, ita enim usus est & Petrus uocabulo scientiæ, i. Pet. 3. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, id est, non sequamini impetum animi cæcum, sed moderatione quadam utamini erga uxores, uidete quid quouis tempore conueniat, aliàs amanter admonende sunt, aliàs seuerè obiurgandæ, sed tamen ut seueritas non degeneret in seuitiam aut crudelitatem. Sic pro moderatione accipiendum est uocabulum scientiæ & hoc loco, ut sepe aliàs. Docet autem hæc

sententia id quod est apud paulum scriptum, ut temporis seruiamus, ut uideamus quid unoquoq; loco conueniat. Ridetur apud Poëtam ille, qui scit simulare cupressum, & pingebat eum ubiq; etiam in naufragij pictura, cum in mari arbores nulle nascantur.

Ita hic fatuos ait prodero stultitiam. Latine literæ uocant illud hominum genus, ineptos, qui quid deceat, non animaduertunt, ut qui apud imperitam plebem disputant de obscuris questionibus, obmissa interim doctrina fidei & timoris Dei.

Tempori seruiendum est.

PROVERBIA

Nuncius impius conijciat in mala,
Legatus uerax, salubris est.

Nuncij significat eos qui missi sunt ad administra-
tionem aliqua, hoc est, Magistratus, maximeq; eos,
qui docent in Ecclesia. Impij Magistratus impijs con-
silijs perturbant Respub. sicut Saul, Achab, exercet
latrocinium quoddam inter ciues suos: Atq; his mul-
to etiam nocentiores sunt Pseudoprophetae, qui impia
docent, sicut apud nos, qui docent, quod nostris operi-
bus coram Deo iustificemur, quod satis faciāt pro pec-
catis nostra opera. Item qui peccatum originis negat
esse uere peccatum, quod damnet, qui tribuunt huma-
nis uiribus, quod per se possint credere Deo. Item qui

De Sacramen-
tis male sen-
tientes, uere
impij.

laqueos iniiciunt conscientijs, dum uetant coniugii.
Item, qui de Sacramentis male sentiunt, qui negant
esse signa diuinae uoluntatis, & promissionum diuina-
narum erga nos. Possunt inter impios nuncios recen-
seri etiam Sycophantae, qualis Doeeh fuit, praeterea
qui impia consulunt, qualis est Ahitophel.

Egestas & ignominia penes eum
est, qui castigatiōem negligit,
Atqui obseruat increpationes, ho-
nore adficietur.

qui

SALOMONIS:

Qui non respiscit admonitus, seu castigatus, is
postremo male habebit, sicut plagis aliquot uexatus
Pharao, cum non mutaret impium consilium de Isra-
hel, tandem euersus est. Docuit idem Christus in
parabola fici arboris, Luca 13. quam iussit colonus
excidi & extirpari, si non ferret fructum. Diximus
autem supra, quomodo de adflictiōibus sentire Chri-
stianos oporteat, quod Deus ideo immittat eas, ut nos
ad poenitentiam uocet, sicut & Esaia. 26. scriptum
est: Disciplina tua eis, ut clament ad te in angustia.
Et quoniam saepe est haec sententia reperita in hoc
libello, ideo ex alijs locis enarratio copiosior requiri
potest.

Deus cur mihi
tat adflictiō-
nes.

Præsens uoluptas delectat animā,
Et abominantur fatui declinātem
a malo.

De scandalo cruris loquitur. Mundus enim iia
mat praesentia commoda, & praesentes uoluptates,
ut ab illis fruendis non sinat se uerbo Dei abstrahi,
& absterreri. Deus miratur adulteris, at in impijs
uincit praesens uoluptas, ne obtemperent uerbo Dei.
Deus minatur neganti uerbum Dei, at amor uitae aut
opum, aut gratiae hominum, aut mortis metus, uin-
cit in multis, ut relinquunt uerbum DEI, sicut uo-
cati ad conuiuium in Euangelio, Luca capite xiiij.

¶

PROVERBIA

Mūdi delitię
a Deo nos ab
strahunt.

Excusant presentes occupatioes, & uoluptates,
ne ueniāt ad cōuiuū, & nō modo fastidiunt id cōuiu-
uium, sed etiam iudicant stultos esse, qui pericula su-
beunt, aut tolerāt adflitiones propter uerbum Dei,
imō acerbe oderunt eos, sicut Pharisei Christum om-
derant, quia doctrinam eorum reprehendebat, uocāt
seditiosum, seductorem populi, blasphemum, sic Pau-
lus inq̄t, Apostolos esse πῶδες ἡμῶν & κ.α.θ.α.ρ.
μ.α.τ.α corām mundo, id est, piacula. Nam his uoci-
bus significanter expressit odij accerbitatem, quę,
quanta sit, intelliget aliquo modo is, qui diligenter
expendet, quid significet in historijs piaculum. Sunt
enim piacula, quę soluūtur pro immani scelere, quo
pollui credebatur tota rerum natura. Vnde agros ste-
rilescere, segetes corrumpi, turbari Respublicas, na-
sci monstrorum sobolem putabant. Quicquid mali ac-
cidit, imputabant illi facinori, pro quo piacula solu-
uenda erant. Ita significat Paulus Apostolos in tanta
odio esse, ut per eos contaminari totam rerum na-
turam credat mundus, ut hos tanquam piacula auer-
sentur homines, ut arbitrentur non posse mundū sub-
sistere, nisi extinctis Apostolis. Atq; hoc odiū, & in-
dicium mundi de pijs Salomon in hoc uersu etiam sig-
nificauit, cum ait, Abominātur fatui declinantē à ma-
lo. Neq; enī leue odiū significatur uerbo abominādī.
Vide

SALOMONIS.

Vide autem quanta sit impietas mundi, sic odit nomē
& doctrinam Dei, ut nihil acerbius oderit. Et oderūt
acerbissime pharisei, qui confisi sua sapiētia, iudicāt
de uerbo Dei, & improbant, si quid dissentit ab ipso-
rum captu, aut cogitationibus. Quę cum ita sint, ore
mus Deum, ne inducat nos in tentationem, sed det no-
bis simplicem & puram agnitionem uerbi sui, & de-
fendat corda nostra aduersus Satanę insidias, ne accē-
dat odium aliquod uerbi Dei in nobis.

Impietas mū-
di quam ode-
rit doctrinā
Dei.

Qui cum sapientibus uersatur, sa-
piens erit.
At stultorū socios mala habebit.

In utraq; partem magna uis est in consuetudine
& conuersatione aliorum. Nam fere similes euadunt
homines eorum, quibus cum habent consuetudinem.
Extant in eam sententiam uersiculi quidam apud Ae-
schinem ac Demosthenem, nam uter alteri obijcit im-
probiorum familiaritatem, ex qua ratiocinātur, quid
de moribus alterius iudicandum sit. Sunt autem hi
uersiculi.

ὄστις ἂν ὀμιλεῖν ἦδε ται κακοῖς ἀνῆρ
οὐ πῶποτ' ἠρώτησῃ, γιγνώσκων ὅτι
τοιοῦτός ἐστιν οἱ πῶ ἦδε ται ξυνώων.

Nam ut in artificibus discipuli quādam magistro
κ ς

PROVERBIA

Multū æscæ est in sulcis pauperū,
At alij p̄ iniurias parant opes.

Benedictione
Dei conseruē
tur familia.

Magna pars sententiarum huius libelli sumpta est ex Psalmis, ut sæpe antea ostendimus. Et prior sententia extat in Psalmo 38. Non uidi iustum derelictum, nec semē eius q̄rēs panes. Et Psal. in. Generatio rectorum benedicetur. Testatur autē hæc promissioēs, quod benedictione Dei cōseruentur familia & facultates ne quis suo consilio, aut labore confidat ac putet se sine auxilio dei posse aut cōparare, aut retinere facultates. Agnoscere igitur debemus dei dōa esse etiā corporales facultates, & postulare à Deo, ut ipse eas tueatur. Quod iustus obuēniat opes peccatorum, docet historia Saul. Nam deiecto eo, successit alius in regnū. Ita sit deletis impijs, ut transferatur opes ad iustiores. Posterior sententia duos cōtinet insignes locos. Nā cū sulcos nominat, subindicat terrā exercendā esse. Itaq; laborē ac diligentia in sua cuiq; uocatione præcipit. Princeps diligenter dicat ius populis suis, pastores fideliter doceant ea que ad ædificationem faciūt, agricolæ colant terram studiose, doctores sint assidui in docenda iuuentute. Alter locus est de rerum exiguarū usu, estq; in nomine æscæ epithesis, hæc est enim sententia, multo commodius utuntur exiguis facultatibus pauperes, quàm opulenti maximis copijs, multo gratiores utilitates percipiūt pauperes, multo trā-

SALOMONIS.

quillius suo fruuntur, quàm diuites. Vide quā sumptuosus sit apparatus in aulis, neq; quicquam tamen habet lauti. Deinde si introspexeris aulam penitus, intelliges quantulū in usus domini collocetur. Et ne illo quidem frui recte potest inter tot pericula, cum animus grauissimis curis, metu, & dolore exercetur: proinde transferenda est sententia ab agricolis tenuibus ad alia quoq; genera humilis uitæ, seu ad exiguas conditiones, et procul positas à periculis, quæ uecessario comitantur splendidas functiones. Postremus uersiculus admonet, magnas opes non sine iniurijs comparari, id quod significat & Paulus: cum ait. Qui uolunt diuites fieri, incident in laqueos diaboli &c. Proinde paruo contenti simus: quod honesto labore, ac sine iniurijs comparari potest, id satis æscæ suppeditabit, quia Deus benedicet, seruabit, & cumulabit.

Qui abstinet uirgā, odit filiū suū.
Qui uero amat eū, q̄rit ut erudiat.

Parentibus præcipit, ut sæpe alias, ut doceant, regant, & coherceant pueritiam, uirga enim significat non tantum plagas, sed totā pædagogiam, quæ complectitur doctrinam, honesta exercitia, & certam studiam, ac certas operas, præmia recte factorum, & pœnas delictorū. In Ecclesiasti. extat uenustissima sententia, quæ meo iudicio complectitur totam rationem

Nemo contentus sua sorte.

PROVERBIA

Ratioregen-
di seruos.
regenda multitudinis. Afino inquit, pabulum, onus,
& uirgam, ita seruo cibum, laborem, & uirgam tri-
bue, de qua sentētia alio in loco etiā dicemus. Docet
autē nō coerceri solis pœnis homines, sed multo ma-
gis certis operis ac laboribus contineri in officio. Nā
cum otium non possit non gignere uitia, nihil prodest
minari poenas ociosis. Itaq; sepe quæri solent apud
nos prudentes uiri, nimum ocij in Germania uulgo p-
mitti, quod si legibus ad operas adigeretur, tranquil-
lius esset. Opera tamen eiusmodi sint, ut cibo non de-
fraudentur, permittenda sunt infirmæ etati ea quæ na-
tura requirit, ne immodicis laboribus naturales uires
frangantur. Et in imperijs modus quidam sit expilati-
onum & tributorum, ut uictum tenuiores, & eorum
liberi habeant. In posteriore uersu quidam exponunt,
Qui diligit filium mane querit eruditionem. Nec ab-
horret ea interpretatio à lectione Hebraica, postulat
igitur, ut pueritia statim à teneris assuefiat, & insti-
tuatur ad uirtutem. Notū est enim illud Vergilij: A-
deo à teneris consuescere multum est.

Iustus comedit, & fit satur.

Venter impiorum eget.

Iusti cōtenti sunt suo, & agūt gratias Deo, ac agnos-
cūt dei dona esse, quæ cōtigerūt, ideo ea boni cōsulūt.
As impijs nihil satis est, semper fastiditur præsens cō-
ditio, quæ

SALOMONIS.

72

ditio, quæ quantumuis splendida sit, queritur uberi-
or. Nec finis illus, nec modus est querendi uel opes,
uel honores. Experientia gentilibus etiā ostendit cu-
piditatem illam auaræ mentis infinitam esse. Ideo mul-
tæ graues sententiæ in literis ea de re extant, qualis
est. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia cres-
cit. Item crescentem sequetur cura pecuniam, Maiorū-
rumq; fames.

Impijs omnis
fastiditur cō-
ditio.

CAP. III.

SAapiens mulier ædificat domū
suā. Stulta uero euertit eam.
Qui timet Deum, recte ambulat,
Qui contemnit eum, e uia ei-
us discedit.

In ore stulti superba est uirga,
Et labia sapientum obseruat.

Superba uir-
ga quid sit.

Superba uirga, significat confidentiam, qualis est
regis Assyriorum, cōfidentis suo exercitu, & irridē-
tis Ezechiam, qui uidebatur diuinum auxilium expe-
ctare, Esaiæ 26. Prohibet ergo hæc sententiā confide-
re humanis uiribus, aut consilijs. Et ea tantum agere
precipit, quæ iubet deus, & postulare à Deo, ut ipse

PROVERBIA

in genere, qui sua autoritate abutuntur, ut cum principes propter superbiam iniusta imperant, sicut pontifices olim ausi sunt in Cæsares sæuere, & cum Fridericus primus ad Pontificis pedes abiectus esset, pontifex collo illius suos pedes imposuit, acclamante populo, Super aspidē & basiliscum ambulabis. Ex talibus exemplis intelligi potest, quid uocet superbā uirgā.

Vbi non sunt boues, presæpe uacuum est.

Sed multi prouentus obueniunt per robustum bouem.

Mali doctores perturbant Ecclesias
 Frequenter uiuntur sacræ literæ hac Metaphorâ boum. Hic autē in genere homines idoneos significat ad res gerendas, ubi non sunt boni doctores, perturbatur Ecclesia, ut infra inquit, Cū cessauerit prophetia, dissipabitur populus. Item, ubi non sunt gubernatores idonei, pereunt Respub. iuxta illud: Vae terre, cuius Rex puer est.

Testis uerax non mentitur,
 Mendaces cōfidenter mētiuntur.

Quærit subsannator sapientiā,
 & non inuenit.

Et scientia cordato facilis est.

Vna uia

SALOMONIS

73

Vna uia est ad sapientiam, timor Dei, & fides. iuxta illud? Principium sapientiæ timor Domini, quia mundus non potest cognoscere Dei uoluntatem, nisi cor perterrefactum agnoscat peccata, & rursus erigatur, & concipiat consolationem per Christū. Ita Paulus inquit: Quia mundus nō cognoscit Deum in sapientia per sapientiam, placuit Deo, per stultitiam prædicationis, saluare credentes. Quidam quærunr Deum suis meritis, isti non inueniunt. Quidam quærunr eum rationibus naturalibus, sicut de natura deorum disputat Cicero, nec tamen inuenit. Præterea sunt quidam, qui contempto Deo, existimant se posse gubernare mores suos, et negotia, suis consilijs ac suis uiribus, & muniunt se aduersus humanas calamitates, sua tantum diligentia. Hi omnes non adsequuntur sapientiā. Nam ratio non habet satis uirium, ad cauendā peccata, aduersus infirmitatem naturæ, & aduersus Diabolum. Ideo Philosophi, ne eam quidem iustitiam præstare potuerunt, quam docuerunt, ut historiæ ostendunt. Et uidetur Deus eos in primis permisisse ruere in uaria flagitia, ut ostenderet humanarum uirium imbecillitatem. Discamus igitur nos, sine Christo nihil posse, et postulemus, ut ipse nos suo spiritu regat.

Via ad sapientiam, est timor Dei.

Quod addit: scientia cordato facilis est, significat, & faciliter possunt se gubernare illi, qui timent Deū.

L

PROVERBIA

credunt Deo, qui habent pacem in Deo, unde semper certum auxilium expectant.

Si incideris in stultum, non deprehendes labia scientiæ.

Imperito nunquam quidquam iniustus.

Plane conuenit cum sententia Terentiana, Imperito nunquam quidquam iniustus, id est, stulti sunt morosi, intractabiles, nihil rectum putant, nisi quod ipsi faciunt, nulli cedunt, nulla consilia intelligunt. De hoc genere, & infra ait, Satius est occurrere uersoribus & catulis, quam stulto confidenti in stultitia sua, id est, profus intractabiles sunt stulti illi, qui induerunt sibi persuasionem sapientiæ, hi nullis rationibus patiuntur se, ab eo quod ipsis uidetur, abduci. Scientiam plerumque uocat disputationem, quod ubi conueniat, sicut Petrus ait, mulieres cum scientia tractandas esse, id est, discernendum esse, ubi seueritate, ubi lenitate opus sit.

Sapientia callidi, est uiam suam obseruare,

At stultitia fatuos fallit.

Stultus subsannat delictum,

Et recti placent.

Dum cor angitur, non solatijs quæ extrinsecus adhibentur,

Domus impiorum euertetur;

SALOMONIS.

74

Sed tabernacula rectorum florebunt.

Plurisque uidetur uia recta, cuius exitus est uia mortis.

Etiam in risu dolet cor,
Et finis risus est calamitas.

Dabunt poenas reprobi,
Et conculcabunt eos probi.

Imperitus credit omnia,
At callidus aduertit gressus suos.

Conuenit cum græca sententia μεμνησοῦ πειρῆ.
Sapiens timet & discedit a malo,

At stultus pergit confidenter.

Impatiens iræ, designat stultitiam,

At cautus odit stultitiam.

Penes imperitos stultitia est,

Sed callidi coronantur scientia.

Curuabunt mali in conspectu bonorum.

Et impij ad portas iustorum erunt.

Etiam proximo odio est pauper.

Et multi sunt diuitum amici.

Donec eris felix, multos numerabis amicos,

PROVERBIA

Tempora si fuerint nubila, solus eris.
 Cōtemnit proximū suū peccator;
 Et bñs erit q̄ miserē calamitosi,
 Nonne frustrantur, qui machi-
 nantur malum?

Ar benigne & fideliter agetur
 cum bonis.

Labor abundantiam adfert,
 Vbi uerbis res geritur, inopia est.

Qui quis ser- uocati non.
 Sicut in Ecclesiaste saepe de disputationibus ho-
 minum loquitur, & significat irritas esse sollicitudi-
 nes, & uaria consilia hominum, per quae comparare
 sibi magna praesidia uitae conatur, et simpliciter praeci-
 pit laborem, & unūqueq; seruire suae uocationi,
 sicut inquit, Mane & uespere semina semē tuum. Ita
 hic etiam laborē praecipit, et prohibet sollicitudines,
 quin potius, Deo confidendū est, et postulandū est, ut
 ipse gubernet consilia nostra, & laborem nostrum.

Diuitie sūt ornamento sapiētibus,
 Stultis nihil nisi stultitia est.

Conuenit cum uersiculo. Non facile est aequa cō-
 moda mente pati. Quando enim sunt res secundae, in-
 cipit caro lasciuire, sicut de populo Israel, ait domi-
 nus.

SALOMONIS

75

us, Incrassatus est seruus meus, & recalcitrauit.
 Item, Sedit populus manducare & bibere, & surre-
 xit ludere. Propterea singulare opus Dei est, donis
 Dei recte uti, ita diuitias iudicare debemus dei dona
 esse, commendata nobis, ut ad utilitatem aliorum con-
 feramus, sicut supra ait, Fontes tui foras deriuentur,
 & tu dominus eorū maneto. Stulti uero, obliti Dei,
 conferunt ad suam gloriam, & ad nocendum proxi-
 mo, & magis sentiunt diuitias uitae praesidia, quam
 Deum. Ita confidunt suis diuitijs, sicut Saul regno cō-
 fidebat, & ea ad nocendum utebatur, scilicet ad op-
 primendum Dauid.

Vera testis liberat animas,
 Et mendax, decipit.
 Timor Domini securos facit,
 Et timētes Deum, bene habebūt.
 Timor Dei, fons uitae, ad uitan-
 dos laqueos mortis.

Frequētia populū regē decorat,
 Et formidat, q̄ paucis est stipatus.

Prædicatur concordia,
 Hec sententia concordiam prædicat. Prodest eni-
 Principibus habere populum consentientem, ita, ut
 sum quisq; officium diligēter faciat, & unusquisq;
 pro uirili alterum adiuet. Neq; enim potest concor-

PROVERBIA

dia ibi existere, ubi suo qsq; negotio omisso, in aliena
provinciam irrumpit, ubi cerdones uolunt Leges ferre,
ius dicere, pulsus Magistratibus, aut docere in Eccle
sia, oppressis his, qui ad docendum accersiti sunt.

Patiens multa intelliget,
Iracundus prodit stultitiam.

Duplex pa-
tientia.

Duplex patientia est, altera erga Deum, altera
erga homines. Patientia erga Deum, est sentire, quod
Deus flagellat nos, ut reuocet ad poenitentiam, & pro
pterea libenter tolerare manum Dei, et confidere, q
Deus ignoscat nobis. & sit nos erepturus, sicut su-
pra de cruce & afflictionibus dictum est. Ex hac pa-
tientia, nascitur patientia erga homines, quia, quan-
do cor habet pacem erga Deum, expectat ab ipso au-
xilium, deposita uindicta cupiditate. At impij erunt
punit precipites ad uindictam contra uoluntate Dei.
Saepe autem differtur auxilium Dei, ibi oportet, uo-
luntatem Dei perferre, sicut inquit Esaias, Qui crea-
dit, non festinet, & is qui pertulit in exitu, tandem cer-
nit presentiam Dei. Si quis uolet hanc gnomen, tan-
tum ciuilitate interpretari, is consideret communem
uitam, ubi est cernere, q; irati multa poenitenda san-
ciunt, patientes autem sunt cautiore.

Hilaris animus, uita est,

Et tabe

SALOMONIS.

76

Et tabefacit ossa inuidia.

Qui pauperem calumniatur, con-
uitium facit eius factori,

Et honore Deum, quisquis mise-
retur pauperi.

Succumbit in calamitate impius,

Et speret etiam in morte iustus.

In animo cordati uersatur sapientia

Et inter stultos innotescet.

Iustitia exaltat gentem,

Perdit populum peccatum.

Placet regi, seruus prudens,

Et succenset turpi.

CAP. XV.

Mollis responsio mitigat iram,

Sermo asper puocat iram.

Ligua sapientis facit acceptam sciam,

Os stulti effundit stultitiam.

In omni loco oculi Dei contem-

plantur bonos & malos.

In tribulationibus non desperandum.

Docet secundas & aduersas res, non accidere temere, sed inspectante Deo & gubernante, sicut & Threnorū 3. docet. Quis est ille, qui dicit à Deo, nec bona, nec mala esse. Confirmat autem hæc sententia fidem sanctorum, ne desperent ideo, quia finit eos Deus ad fugi, sed sentiant suas adflictiones cerni à Deo, eunq; auxiliū in tempore laturum esse. Iuxta illud, Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se.

Salubris lingua, lignum uitæ est,

Et fallax lingua perturbat animū.

Stultus calumniatur paternam castigationem,

At obseruans increpationes, callidior sit.

In domo iusti thesauri multi sunt,

At prouentus impij peditio est.

Labia sapientū ferunt scientiam,

Non autem cor stultorum.

Sacrificia impiorum abominatur

Dominus,

Et oratio rectorum placet ei.

Abominatio est Dño, uia impij.

Sectantem iusticiam diligit.

Eruditio mala est semitā delerere.

Et q odit increpationes, moriē.

Cū infernus & perditio deo pateāt

Quanto magis corda hoīm patēt.

Admonet Deum ubiq; presentem esse, & iudicaturum. Colligit autem hoc mirabili argumento: uidelicet ex creatione, & interitu rerum, hoc modo: Deus efficit, ut quæ non sunt, fiant, & dat uitam, & rursus adimit. Hoc cum sit opus Dei, signum est prope nobis cum esse Deum, & respicere, & cernere omnes animorem nostrorum motus, & iudicaturum esse. Hortatur igitur nos ad timorem, ne contemnamus uoluntatē & iudicium Dei. Idem locus, etiam fidem erigit, quia in hæc natura uitā accipit à Deo, & quia Deus adest tū prope, credamus nos ab eo custodiri & seruari.

Non diligit subsannator corripiētem se, ad sapientes non accedit.

Lætus animus, exhilarat uultum

Et in mœrore cordis spūs debilitat

Cor intelligēs, querit scientiam

Facies stultorum, stulticiam pascit,
 Misera est uita afflictorum,
 Exhilarare cor, cōuiuū ppetuū est
 Melius est modicū cū timore Dei.
 Quā thesaurus ingens cum molestia.

Benedicente domino facultates conseruantur.
 Alludit ad illam sententiam: Non in solo pane uiuit homo, sed in uerbo quod procedit de ore Dei: quidam qui timent Dominum: sciunt se ab eo alii, & sciunt suis facultatibus benedici: propterea sunt securi in Deo, & quidem conseruantur eorum facultates. Impiorū facultates non conseruantur. Sicut neq; Saul regnum retinere potuit. Idem est in Psal. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.

Præstat pauxillum olusculi citra molestiam.

Quam saginatus taurus cum molestia.

Vir iracundus excitat cōtentionē,
 At patiens sedat contentionem.

Via pigri obsita sentibus est,
 At semita bonorum, plana est.

Filius sapiens exhilarat patrem,
 At stultus

At stulti pudet matrem.

Stulticia fatuo uoluptas est,
 Cordatus homo dirigit uia suam.

Frustrantur cogitationes, in quibus non est cōsiliū.

Et multitudines consiliariorū, firmæ erunt.

Apposite respondere, uoluptatem adfert.

Et sermo opportunus optimus est
 Semita uitæ sursum fert,

Vt doceat uitare infernum deorsum situm

Domū superbiorū dirruit Deus,
 Et erigit limitem uiduæ.

Abominatur Deus cōsilia praua,
 Mundorum consilia probat.

Perturbat domum suam auarus,
 Et qui odit munera uiuet

Cor iusti meditatur quid respōdeat,

occultis meis munda me. Et in Hieremia. Præuum est cor hominis, & inscrutabile. Dominus igitur dijudicat, & discernit hypocrisis à uere pijs, nec tantum apud se iudicat, sed exercet hoc iudicium in cordibus eorum, qui sanctificantur, ut uideant & ipsi impuritatem cordis, hoc est, quam non timeant Deum, quam non credant se ei, sicut inquit Hiere. Postquam ostendisti mihi, confusus sum, & erubui. Huc pertinet, quod & Christus inquit, Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, iusticia, & iudicio.

Dominus discernit hypocrisis à pijs.

**Si cōmiseris Domino opera tua.
Consilia fortunabuntur.**

De fide præcipit, ut à Deo nobis ignosci, & placere Deo quægerimus, credamus, & gubernari nos à Deo postulemus, & speremus, sicut Dauid, ideo bellè geratur, quia scit se factum à Deo Regem, ad populæ defensionem, & confidit, quod Deus sit eius actiones gubernaturus. Hæc fides fortunat eius consilia. Et in ista uerbis sententia in Psalm. Reuela Domino uiam tuam, & ipse faciet. Item, lacta cogitationes tuas in Domino, & ipse te enutriet.

**Omnia facit Deus propter se,
Etiam impium ad diem malum**

Mirifice offenditur ratio, quod cū bonitas Dei tantum sit, tamen creet maximam partem hominū ad perni-

tiem. Et Christus inquit, Melius esset homini isti, natum non esse. Sed nos arcana consilia Dei, non debemus querere. Verum, quia iram suam in aliquibus exemplis ostēdit, timere eum potius debemus. Quid igitur de uolūtate Dei querimus, ea quæ ipse reuelauit, ac iussi audire, ac cognoscere, nempe, præcepta, comminationes & promissiones? Præcepit omnibus agere poenitentia, promittit omnibus credentibus remissionem peccatorum. Credant igitur omnes, & hanc reuelatam uoluntatem amplectantur, & omittant querere arcana, quæ non sunt reuelata, quia Deus non potest cognosci, nisi quatenus reuelat se per uerbum suū.

Ratio frustra querit arcana dei.

**Abominatur Dñs oēs superbos,
Nec elabent, ut inter se cōspirēt
Misericordia & fide expiat iniquitas
Et in timore Dñi declinat a malo.**

Hæc sententia damnat hypocrisin, quæ remissionem peccatorum, per certas caerimonias, certas præces, certa ieiunia, certum uestitum mereri contendit. At hic timoris mentio fit. Quid autem timor sit, sepe iam diximus. Tunc enim sentitur timor, quando cor uere perterrescit, in agnitione peccati. Sed accedere si dem oportet, quæ in illo pauore, cor rursus consolatur, et parit gaudium et pacem, cū uere et cōstanter credunt per Christū esse remissa. Hæc fides uere

PROVERBIA

Misericordia
& ueritas,
quomodo dif-
ferunt.

iustificat, sicut docet Paulus. Hæc duo uocabula sepe coniunguntur in scripturis, misericordia & ueritas, quæ, quid significant, alijs locis diximus. Hic ueritas significat cor uerax, de Deo recte sentiens, quod ueritatis laudem Deo tribuit, sentit Deum iuxta promissiones suas nobis ignoscere, nobis adesse, opem ferre ut uocantibus eum. Misericordia, significat tum Dei misericordiam, erga nos, tum alicubi nostram, erga alios charitatem. Docet itaq; Salomon, placere Deo, illos, qui timent eum, qui credunt ei, qui ex corde diligunt proximos. Non placent Deo sacrificia sine fide & cultus, quali Saul usus est.

Cum placent Domino uiæ hoīs.
Etiam inimicus eius reconciliat ei.

Melius est parum cum iusticia,
quam magni redditus male parati.

Cor hoīs deliberat de uia sua,
Dñs uero pmouet gressus suos.

Conuenit cum sententia Psalmi, Nisi Dominus edificauerit domum.

Diuinant labia regis,
Nec fallitur in iudicio os eius.

Valde memorabiles sententiæ, hoc loco posite sunt de

SALOMONIS.

81

sunt de magistratibus. Prima est, Diuinant labia regis, nec fallitur in iudicio os eius. Docet autem quod iudicia, seu ordinationes potestatum, sint ordinationes Dei. & à Deo conferuntur, & detudici mentem recte iudicandi. Hic primū discant, qui præsumunt, Deo credere & postulare ab eo, ut gubernet eorum administrationem. Hic enim significatur, quod Deus regat mentes & linguas Magistratum, donec enim consistit regnum, gubernante Deo, consistit. Vbi Deo principes displicere cœperint, tradit eos in reprobum sensum, ut inquit de Aegyptiorum Principibus, Esaiæ 19. Dominus miscuit in medio eorum spiritum uertiginis. Ita necesse est ruere & euerti Reges, & mutari regna, cum Deus desijt regere Principes. Secundo, timorem hic discant subditi, & sentiant Deum esse presentem, qui iudicat, de fontibus pœnas sumit. Et ut impossibile est, remorare posse cursum solis, aut lunæ, ita impossibile est, euadere eos, qui contra legitimam ordinationem Reip. uim faciunt, sicut uidemus omnia homicidia proferri in publicum, et puniri, quia Deus suam ordinationem cōseruat. Ideo Eccle. 7. ait, Non est euasio. Sic igitur hanc sententiam intelligamus, Ciuiles ordinationes, esse ordinationes dei, quas qui uiolat, non euadet impunitus, sed retrahetur aliquando ad pœnam, quia deus suam ordinationem cōseruat.

Omnis potestas à Deo.

Omnis anima potestati-
bus sublimioribus subdita sit.

PROVERBIA

Libra & statera iudiciū Dñi sunt;
Et ipse auctor est ponderum.

Sequens sententia idem docet, constitutiones ciuiles, esse Dei ordinatiōes, cum ait, Libra et pondus, iudicium Domini sunt. Significat enim libra & pondus, omnes ordinatiōes, quibus pax publica retinetur, facultates distribuuntur, uita custoditur. Hic rursum admonet Deum ad probare diuisionem rerum, quia si libra & pondus iudicia Domini sunt, certe distributio rerum, etiam opus Dei est. Si enim essent res communes omnium, nihil esset opus certis mensuris.

Abominantur Reges impietatem,
Nam iustitia thronum fortunat.

Officium
Regum.

Tertia sententia, de officio Regum precipit, & sunt exempla in Regum historijs, ubi ostendit Deus, quomodo impios Reges puniat, nec desunt exempla Gentilium Antonij, Neronis & similibus. Et infra ait Salomon 25. Aufer rubiginem de argento, & erit uas purum, aufer impietatem de uultu Regis, & fortunabitur iustitia thronus eius. Est ergo haec sententia: Abominatio Regibus impietas, id est, Deo uisus, & à Deo desertos, ruere in perniciem, quia seruauit Deus suam ordinationem etiam aduersus Reges. Omnis qui gladium acceperit, gladio peribit.

Placent

SALOMONIS

Placent Regibus labia iusta,
Et ueraces diliguntur.

Quarta sententia, taxat adulatores, & iniuste consulentes, ad gratiam Regū, aut iniuste iudicantes. Nota est comminatio Iosaphat, 2. Paralip. 9. Videte quid agatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini. In 7. libro Herodoti extat historia de supplicio corrupti iudicis Sisamnis, huic Cabyfes, quia in quodam iudicio corruptus pecunia, iniustam sententiam tulerat, eum detraxit, & ex ea lorafecit, quibus sedem iudicū publicam conexuit, in eam sedem collocauit filium, Sisamnis iudicem seu praefectū factū.

Officium iustitiam.

Indignatio Regis, nuncium est
mortiferum.

At uir sapiens, placabit.
Serenus uultus regis, uita est.
Et beneuolentia eius uelut pluuia serotina.

Due proximae sententiae, idem precipiunt, scilicet, Magistratus esse metuendos, sicut & Paulus dicit: Cui timorem, timorem. Est & infra similis sententia, Terror Regis, uelut rugitus leonis. Qui offendit eum, peccat anima eius. Indicat autem similitudines, qualis metus esse debeat, ut enim uere expauescit is,

PROVERBIA

quem leo adoritur, seu cui mortē aliquis minatur, ita
 uerē, & ex animo conuenit Magistratus timere. Sed
 Qualis esse quomodo fiet hoc? si senserimus, quod Deus adsit Ma-
 gistratibus, eosq; formidari uelit, & quod non sinat
 elabi impunitos eos, qui ledunt maiestatem eorum:
 Simulatum officium est metus eorum, qui non respici-
 unt Dei uoluntatem, in colendis magistratibus. Nam
 ubi spes est elabendi aut fallendi, non obtemperant,
 & uulgare est maledicere potestatibus, illorum iudi-
 cata, facta reprehendere & calumniari, quae non ca-
 dunt in eos, qui uerē timent. Sed qui sentiunt deum ul-
 torem esse cōtempti Magistratus, hi quoniā propter
 deum obtemperāt, uerē & seriō timent magistratus:
 Talem metum requirit Paulus, cum ait ad Colossens:
 Serui obedite dominis carnalibus, nō in seruitute ad
 oculos comparata, sed deum timentes.

Satius est sapientiam comparare,
 quam aurum.

Satius est intelligētiā compara-
 re, quam argentum.

Gressus rectorū, discedūt a malo.
 Custodit uitam suam, qui uiam
 suam custodit.

Præit

SALOMONIS.

83

Præit deiectioni superbia,
 Et anteit ruinam superbia animi.
 Melius est deici animo cū ad-
 flictis, quam regnare et locupleta-
 ri cum superbis.

Commendatio crucis est. Nam cum impij floreāt,
 & secunda fortuna utantur, imbecilles animi impio-
 rum, in aduersa fortuna sepe sollicitantur ad impieta-
 tem. Hos consolantur similes sententiæ, quæ monent
 crucem esse bonam, ut sicut Psalmus ait, Sacrificium
 deo esse spiritum contribulatum. Diximus autem su-
 pra, cur inmittat deus ad afflictiones.

Crucis com-
 mendatio.

Prudēter tractans rē, replet bona.
 Qui confidit Deo, beatus est.
 Sapiens, sapientiā consulit, & sua
 uitas sermonis, commendatiorem
 facit doctrinam.

Prudentia, uena uitæ est.
 At castigatio stultorū stultitia est,
 Cor sapientis, os docet, & do-
 ctrinam commendant labia sua.

M

Fauus mellis est sermo mūdus.
Dulcedo aiæ & medela ossium ē.

Est uia quæ uideēt recta oculis
hoīs, cuius exitus est uia mortis.

Dat pœnas stultiloq̄ntiæ os futile.
Homo nihili sibi malum accersit,

In labijs eis est ignis cōburens.
Homo peruersus excitat conten-
tionem.

Et delator sepe inter principes dis-
sidium concitat.

Homo uiolentus, diligēter lactat
amicum suum,

Et ducit per uiam malam.
Qui uultum fingit, machinat
malum.

Qui labra componit, mala per
petrabit.

Honesta corona senectus.

Si in

*das aliter ignis inander even. sing. et
in reg. lar. gorenst. vit. winder. et f. ind.*

Si in uia iustitia reperiatur.

Præstantior est patiens, q̄ uir
forris, præstantior animi est, q̄ ani-
mo suo dñatur q̄ qui urbes capit.

In sinum deiciuntur sortes.
Ata Deo iudiciū earū proficiscit.

CAP. XVII

MELIUS est siccum frustū cum
trāquillitate, q̄ domus ple-
na mactatis pecorib. cū cōtentiōe.

Tanta est ambitio humani animi. ut humane ge-
nus uitæ, semper fastidiat, & cum periculo querat
splendidius. Hec autem sententia monet, ut potius
humile genus uitæ amemus, sicut & Paulus præci-
pit. Humilia sapere, hoc est, nostræ uocationi serui-
re, non alta cupere, non ambire, non confidere nostris
dotibus, scire, quod nisi iuuante Deo, nostræ quantū
uis magnæ dotes, non sint felices. Idem & hic præ-
cipit Salomon, & addit causas, humile uitæ genus
esse uilius, quam splendidius, hoc enim uult cum ait,
Melius est siccum frustum cum tranquillitate,

Humile uitæ
genus, est tu-
tissimum.

M 4

PROVERBIA

Quam domus plena mactatis pecoribus cum contentione, & quotidiana experientia docet, quantum sit periculi, in conditionibus splendidioribus. Itaque multa sententia eadem de re, apud Poetas extant, immanent pacem persilant altissima uenti. Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra Fortunam, debet quiescere manere suam. Item, sepius uentis agitur ingens Pinus, & celsae grauiore casu, decidunt turres, feruntque summos fulmina montes.

Seruus prudens, dominabitur filio turpi,
Et inter fratres diuidet hereditatem.
Ut argentum excoquitur, & in fornace probatur aurum, ita Dominus corda probat.

Ad afflictiones Paulus ait, Cum iudicamur, a domino corripiamur, ne cum hoc mundo damnemur, quare adstringimur, ut ad poenitentiam inuitemur, & in afflictionibus si dem concipiamus, quod faueat deus, quod adsit, quod uelit iuuare. Hec fides, nisi per afflictiones excitari & cre scere non potest.

Malus auscultat in publico sermone,
Mendax obsequitur pernicioso.
Qui ridet pauperem, conuictum facit factori eius.

SALOMONIS

Et cui calamitas alterius uoluptati, non feret ipsum.

Deus auctor est paupertatis, sicut & supra Deum ait diuitias donare.

Corona senum, filij filiorum sunt,
Et decus filiorum patres eorum.

Non decet stultum superbus sermo.

Nec regem decet mendax labium.

Bella gemma est donum.

Quorsum se uerterit dominus eius,

Munera crede mihi, placeant hominesque deosque.

Qui caelat alienum delictum, facit ut ametur,

At qui palam facit rem inter principes, dissidium concitat.

Obiurgatio magis terret cor datum, quam centum plagae fatuum.

Contentiosus machinatur malum.

Et in crudelem nuncium incidet.

Satius est occurrere ursae orbatae,

Patrem & matrem dolore afficit filius stultus,
Malum est damnū iusto dare, aut principē iusta iudicantē, pcutere.

Qui parce loquitur sapit.
Nec est inutilis spūs hoī cordato.
Vel stultus si taceret, sapiens reputaretur, & uideretur sapere, si clauderentur labia.

CAP XVIII

uoluptas
Cui uoluptas est, dissensionē concitare, is captat ubiq; rixandi occasionem.

Sycophantae

Sycophantae taxantur. Et haec sententia taxat, cum morosos, tum sycophantas. Porro, de morosis supra aliquoties dictū est, quomodo ledunt charitatem, qui aliena errata non norunt tolerare. Est enim praeceptum, alter alterius onera portare, sicut de amicitiae officijs praecipitur. Mores amici noueris, non oderis. Porro, sycophantae sunt multo nocentiores, qui calumniantur publice, & acerbe

acerbe exagitant, ea quae tolerari & excusari poterant, imo pleraq; etiam recta, ut Iudaei calumniantur Christum, homo uorax est, & potator uini. Et hic dicitur undiq; captare eos rixandi occasionem, quemadmodum illi solent, qui hoc tempore acerbe insectantur quaedam tolerabilia instituta ueterum, ut cantiones ecclesiasticas, ferias, aut simile quiddam. Huic uirtus opposita est aequitas, quae in bonam partem interpretatur, ea q̄ sine turpitudine excusari possunt. Hanc Paulus iubet colere docentes in Ecclesia.

Ceremoniae pleraq; serendae sunt.

Non libet stulto intelligere,
Sed tractare ea, quibus ipse capit.
Cum uenit impietas, uenit etiam
cōtēptus ac dedecus & cōtumelia.
Verba uiri, uelut profundae aquae sunt.

Et fons sapientiae, uelut uberrimum flumen.

Docet, qualis debeat esse oratio, non inutilis, non sicut ille dixit, nata in ore, sed in pectore, & diligēter cogitata, & expensa causa, comparat fonti & flumini, quia large debet explere auiditatem discantis oratio. Veritas enim multis graubus & profundis argue

PROVERBIA

Et auris sapientū querit scientiam;
 Munus hominis facit ei uiam;
 Et in conspectu potentū perducit
 Iustus primū accusat sese, & ue-
 nienti proximo patet.

*Iustus primū
 sese accusat.*
 Simpliciter significari puto, iustum primum sese
 accusare, postea de alijs iudicare, at hypocrite sicut
 oculati in alienis uitijs, sed ad sua conuiuent, sicut &
 Christus in Euangelio inquit, Cur uides festucam in o-
 culo fratris tui, trabem autem, quæ est in oculo tuo,
 nō animaduertis. Grauiſime enim præcipitur, ut nos
 ipsos iudicemus, & agamus poenitentiam, sicut &
 Paulus inquit. Si nos ipsos iudicemus, non iudicare
 mur. Postea admonere alios iuxta regulam Matthei
 23. debemus. Sunt autem multis sentencijs Ethnicorū
 reprehensi, qui cum ignoscant sibi, de alijs acerbe iu-
 dicant, cuiusmodi illa est. Sed non uidemus manticæ
 quid in tergo est.

Contentendentes fors componit,
 & inter fratres diiudicat.
 Præstat habere coniunctū fra-
 trem, quam urbem munitam.
 Et litigantes sicut repagulū palatii.

SALOMONIS

De fructu oris uir saturatur,
 De prouentu labiorum, uenter sa-
 turatur.

Mors et uita in lingue ptate sunt.
 Et qui curant linguam, comedent
 fructus eius.

Inueniens uxorem, inuenit bonū
 num, et hauriet uoluptatē a Dño.

*Encomiū ma-
 trimonij.*
 Et hæc sententia ad laudes coniugij pertinet. Pri-
 mum autem obseruandum est à Deo copulari homi-
 nes, sicut Christus in Euangelio dixit: Quos Deus
 coniunxit. Est enim diligenter expendendum, quod
 inquit, Deum coniungere. Est igitur præstandus ti-
 mor, ut obtemperemus Deo coniungenti, & copulari
 ti coniuges, & seruemus fidem coniugij, quia ulcisci-
 tur contemnētes suam coniunctionē. Est et fides præ-
 standæ, ut credamus Deum adesse, & gubernare con-
 iugium, & quanquam multe afflictiones in eo gene-
 re præstolande sunt, tamen considerare debemus, Deo
 nos curæ esse, & ab eo regi ac defendi.

Placide loquitur egenus,
 Diues dure respondet.

Πλούσιος ὑπερακούσας τὸν φτωχόν.

PROVERBIA

Vir comis amicos sibi adiungit,
Et amicus adhæret firmius fratre.

Non retinentur amici, nisi eorum mores, ac errata tolerare sciamus. Quare præceptum est et à Grecis, Mores amici noueris, non oderis.

CAP. XIX

Melius est egeno, qui probe
ambulat, quam stulto, qui
praua labia habet.

Vbi nō est sciētia, male habet hō.
Et qui uelox est pedibus, impinget.

Stultitia hominis euertit eum,
& cor eius Deo indignatur.

Exempla sententiæ huius extant in scripturis, Cain enim cæde facta, incipit Deo irasci, & ait, Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam mereri possit. Et Saul, postremo desperat à misericordia Dei, conuersit phitonissam. Nam ratio aut existimat, sine consilio Dei, bona & mala accidere, & cōtemnit Deum, nec ab eo expectat, aut postulat auxilium, aut si sentit nos à Deo iudicari et puniri, irascitur Deo, optat

Ratio humana, irridet Deum.

SALOMONIS:

96

etiam nō esse Deum, & cupiens effugere poenas. Hoc est quod Paulus inquit, Sensus carnis, est inimicitia aduersus Deum. Porro uerbum Dei, docet nos aliter sentire, scilicet, adfugere nos, ut uocemur ad pœnitentiam, & iubet credere, q̄ nobis peccata condonentur. Efficit autem illa fides, ut bene de Deo sentiamus, nō irascamur ei, sed statuamus eum esse misericordem, et cupientē nos seruare, & gaudeamus propter eius misericordiam, & expectemus auxilium in omnibus aduersitatibus ab ipso. Sic sentire de Deo, est eum diligere. Et hæc fides est uerus Dei cultus, hæc fides iustitia est, quæ Deo probatur, ac placet. Sentiant autem huius fidei uim ea corda, quæ in adflictionibus per uerbum eriguntur, & consolationē concipiunt.

Diuitiæ augent amicos, & pauper ab amicis etiam deseritur.

Mendax testis, non erit impunitus, & quisquis mendacia dicit, non euadet.

Multi fidunt personæ Principis, nemo nō est amicus eius, qui munera dat.

N

PROVERBIA

Omnes fratres paupis oderunt
eum, & propinqui eius procul di-
scedunt ab eo.

Qui uerba spectat, fallitur;

Qui sapit, bene habebit, et pru-
dentes inuenient bonum.

Testis mēdax, nō erit impunitus,

Et loquens mendacia peribit.

Non conueniunt stulto delitiæ,

Tantum abest, ut deceat prin-
cipibus seruum dominari.

*Non facile est, æqua commoda mente pati, inquit
Ouidius, docens in secundis rebus, serotiores & ne-
gligētiore fieri homines, maxime autem imperiti
homines in secundis rebus insolescunt. Ideo ait Salo-
mon: non conuenire stulto delitias, neq; enim fieri po-
test, quin imperitos dementet fortuna nimium benigna,
sicut & uetere uersiculo dicitur. Fortuna quē ni-
mum fouet, stultum facit.*

*Stulto non cō-
ueniunt deli-
tiæ.*

Patientes sapiunt, delictum dis-
simulare gloriosum est.

Ceu fre-

SALOMONIS:

91

Ceu fremitus Leonis, sic Regis
indignatio,

Et beneuolentia eius est perin-
de, ut ros super herbam.

Calamitas patri ē stultus filius,
Et mulier morosa, est assiduū stil-
licidium,

Domus & diuitiæ hæreditate
obueniunt a parentibus, a Domi-
no autem prudens uxor.

Pigritia soporem parit,
Et otiosus fame peribit.

Seruās mandatum, seruat animā.

Qui uias suas negligit, mouet.
Fecnerat domū, qui miseretur ege-
ni, & retribuent ei.

Castiga filiū tuū, dū spes est fo-
re, ut corripiatur, ne cōmoueare.

*Hic locus copiose tractatus est, in Ecclesijs labo-
raudum esse etiam si labori non aliquis respondeat es-
uentus, esse regendos ac docendos homines, esse cas-*

Castigandi sunt pueri. *stigandos, etiam si non statim meliores redduntur: Mane, inquit, & uespero, sera semen tuum, quia nescis, ubi nā oriatur. Ita hic significat, non esse spernendam de pueris, sed urgendam castigatorem, erit aliquando cum proficies. Præterea uetat etiam sequitiam in castigando, sicut & Paulus ad Ephesios 6. præcipit, Ne despondeant animum.*

Magna enim ira detrimentum adfert, nisi coerceatur.

Dimitte eū ut deinceps corripias.

Audi consiliū, & admitte castigationem, & ut deinceps sapias.

Multæ cogitationes in corde hominis sunt,

Consilium autē Dñi, stabile est. Decora est homini beneficentia eius, & melior est pauper, quam uita mendax.

Timor Domini uitam adfert, & exaturabit, & habitabit sine uilitatione mala.

Abscōdit

Abscōdit piger manus in sinum, Ne ad os quidem admouet.

Si subfannator mulctatus fuerit, imperitus erit callidior.

Hæc est inter præcipuas sententias huius libelli obseruanda, q̄ Deus puniat aliquos in hac uita, ut pro uocet sanabiles ad poenitentiam, sicut aiunt Angeli se exposituros Abrahæ, quid sit futurū de Sodomis, ut filios suos doceat iudicium Dei, & Christus Lucæ 13. ait, similiter perituros omnes, sicut pereunt interfecti à Pilato, nisi egerint poenitentiam.

Si intelligētē argueris, cautiore erit Qui uexat patrē, & fugat matrē, turpis est, & probro dignus.

Cessa audire fili eruditionem, a uerbis scientiæ seducentem.

Nihili testis ridet iudiciū, & os impiorum deuorat iniquitatem.

Parata sunt derisoribus iudicia, & plagæ tergo stultorum.

CAP. XX.

Subsannatores facit uinum, &
Tumultus parit ebrietas.

Quisquis illa delectatur, non
erit sapiens.

**Ebrietatis in
commoda.** Observandum est, quàm grauius minetur ebriosis, cum ait: Non erit sapiens, id est, tradetur in reprobum sensum, & cæcus ruet in omnia dedecora, donec pereat. Item Osee 4. scriptum est. Fornicatio & uinum, & ebrietas auferunt cor. Et Paulus inquit: Ebriosis non possidebunt regnum Dei. Adiecit hic Salomon, Subsannatores facit uinum. Item, Tumultus parit ebrietas. Apud Horatium, longa congeries eborum qui peccant temulenti, cum iam mentem uinū eis eripuit, Quid nō ebrietas designat, operta recludit. Est & apud Plin. longa uitupatio ebrietatis, lib. 14. cap. 22. qui ualitudinis incommoda recenset, quæ adfert ebrietas, & plerāq; alia pericula. Alij inquit, mortifera loquuntur, rediturasq; per iugulum uoces non continent, quàm multis ita interemptis, uulgoq; ueritas iam uino attributa est. Neque hæc pœnæ forte accidunt, sed iudicio Dei. Itaque quamuis magis

magnitudine uirium putas, tibi mentem constare temulento posse, & quamuis lædi ualitudinem non sentias, tamen scias te Deo pœnas daturum esse. Porro Salomon nō hoc uult ebriosos cū iā potī sunt tumultuari, sed significat tū quoq; insanos esse, cū nō biberūt. Ideo inquit, non erit sapiens. Ebrietas enim sensim facit ferociores, minus continentes, aut moderatos in omnibus actionibus, inflammat libidines, iracundiam, & omnis generis affectus, tum quoq; cum uinum putatur concoctum esse. Itaq; non modo hæc mala consideranda sunt, quæ tum accidunt cum potas, sed illa maxime, quæ sequuntur etiam, cum deseruisse uidetur ebrietas. Huc pertinet quod Paulus inquit: Nolite incibriari uino, in quo est ἀσότης, id est, quod uinum efficit ἀσότης, hoc est, insignem intemperatiam, & ferros mores totius uitæ, quales sunt helluonū. Et addit Paulus: Imple animi spiritu sancto, quasi diceret, Sobrii sitis, sic enim eritis idonei ad spiritus sancti motus. Ut et Christus inquit: Attendite, ne corda uestra grauentur crapula, quia helluones etiam ieiuni insaniunt, nec sunt idonei ad res diuinas. Libet hoc loco recitare præclarā sententiā Senecæ, qui inquit: Consuetudine insanie duratæ uitia uino concepta, etiam sine uino ualent.

Terror regis est perinde utru

PROVERBIA

gitus leonis,

Qui offendit, peccat aīa eius.

Gloria hominis, est desistere a
lite, & omnes stulti cōuitiābunt.

Propter frigus piger nō arat, &
mendicabit in messe, & nihil impe
trabit.

Velut aqua profunda, est con
siliū in corde uiri,

At uir intelligens, exhauriet.
Pleriq; benefici uocantur,

Fidelem autem quis inueniet?
Beati, iusti sunt filij pbe ambulātis
Rex sedens in folio iudicij, distri
pat omne malum intuendo.

Oculus domi
ni pascit e-
quum.

*Admonet eos qui p̄sunt, ut per sese curent & cogno-
cant ea que sunt sui officij, non omnia aliena cura
re committere, seu ut ueteres dixerunt, non tantum a
lienī oculis uideant, sicut & in re rustica p̄cepta
runt, fertilissimū in agro oculum esse. Et in hanc sen-
tentiā referuntur exempla ab Xenophonte & Ari-
stotele.*

SALOMONIS

94

*Stotele, qui dam inquit: oculo Domini optime saginari
equum, alius rogatus, quod ster eus in agro opimum
esset, respondit, domini uestigia. Hec eo omnia perti-
nent, ut suum quisq; negocium p̄sens curet.*

Quis dicet, purū est cor meū.

Mundus sum a peccato.

Variare pōdera, uariare mensurā.

Abominabile apud Deum est,

Ex studijs suis cognoscitur puer,
inuida ne an recta sint eius facta.

*Existimo hanc esse sententiā multum referre,
quomodo quisq; à teneris consuecat, sicut & Virgili
us ait, adeo à teneris consuefcere multum. Boni uiri e-
uadunt plerunq; qui à teneris recte consueuerint. Si-
cut & Paulus laudat Timotheum, quod à prima pue-
ritia sit innutritus sacris literis, & sunt not. e morū in-
ingenijs puerilibus, id quod significat scriptura de E-
sau & Iacob. Et feruntur Lacedæmonij occidisse regij
sanguinis puerum, quia solitus esset captas auiculas
singulari uoluptate necare. Nam ea ex re coniecturā
fecerunt, de ingenij seuitia.*

Vt auris audiat, ut oculus uideat,
Dominus facit.

PROVERBIA

Sine Deo nihil recte cernimus. Et hæc inter præcipuas sententias obseruanda est, quòd nihil recte cernamus, aut intelligamus, nisi Deo iuuante mentes nostras. Et quòd noster conatus in cõsulendo, in regendo sit irritus, nisi Deo gubernante. Populus obedit, si Deus bonam mentem dederit. Princeps sapit, et foeliciter consulit Reipublicæ, Deo iuuante. Huc facit et Psal. 32. Pingit sigillatim corda eorum. Et in excellentibus artificibus apparet, ubi aliquis peruidet rem, quæ nullis studijs, nullo labore, ab alijs peruestigari poterit. Huc pertinet quod et Iacobus dicit. Si cui opus est sapientia, petat à Deo.

Ne diliges somnum, ne opprimaris egestate.

Si aperueris oculos, saturaberis pane.

Malū est malū est, dicunt cum tenent;

At cum amiserint, laudant.

Taxat fastidium rerum presentium. quod notauerunt etiam poeta, et Horati. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Et est Apologus apud Aesopum de Asino, qui quærens commodiorem conditionem, subinde in deteriorem incidit, postulat autem Deus, ut semper agamus gratias pro presentibus donis, et agnoscamus nos semper multis beneficijs eius iuuari.

SALOMONIS.

Et iuxta illud. Non apparebis uacuis coram me, id est, semper age gratias, semper testes te quædam mea beneficia possidere. Secundo etiam in aduersis rebus ita sentiamus, propter uoluntatem Dei ferendas esse, nec irascamur Deo sinenti nos affligi, hoc uero ita fiet, si uere credamus Deum nostri miserum esse, propter Christum, eiq; nos curæ esse. Hæc fides, pacem efficit erga Deum, et accendit nos, ut libenter uoluntati Dei morem geramus, et gaudeamus in afflictionibus, sicut et ille gaudet cum inquit, Calicem salutæris accipiam. Simul enim et Dei uoluntati significat se obtemperare uelle, et testatur has afflictiones salutare esse. Affligimur enim, non ut perdamus, sed ut uocemur ad pœnitentiam, et expectamus presentium et auxilium Dei, ut fides nostra crescat in nobis. Sed sine fide erga Deum, nec aduersas res, nec secundas humane auxilia destituunt nos, In secundis non agnoscimus, quòd sint Dei beneficia, sed existimamus, aut temere oblatas esse, aut nostra industria partas, et quia cupiditas est infinita, ideo proximorum fortunam, gloria irritati, semper maiora cupimus, succensimus Deo, qui fecerit illis melius esse, quàm nobis, sicut succensent in Euangelio illi, quibus, cum tota die laborassent, equantur alij, qui minus laborauerant. Aduersus hæc omnia præcipit Paulus, ut grati simus

Aequo animo ferenda sunt uitæ incommoda.

PROVERBIA

et patientes. Idem in hac sententia Salomon præcipit, ut presenti conditione, fortuna sumus contenti, eam æquo animo toleremus, tunc autem æquo animo feramus, quando credimus Deum esse nostri misertum propter Christum,

Magnifiunt aurum & gemmæ,
Sed preciosius uas, labia scientiæ sunt.

Eripe uestimentum ei, quod pro altero spōdet, & pignus ab eo accipe.

Cum ille alterius sit, pro quo se obstrinxit.

Dulcis est homini panis fraude partus, postea uero os eius arena replebitur.

Cōsilio propositum fortunat, Et consilijs geritur bellum.

Ne cōiūge te cū susurrone, quod arcana reuelat & blandicijs fallit.

Qui maledicit patri, aut matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris.

SALOMONIS.

96

Hæreditas præpropæra principio, postea non benedicetur.

Significat non esse successus prosperos eorum, qui sine uocatione aliquid suscipiunt, aut non expectant uocationem, sicut Absalon futurus erat rex, si expectasset iustum tempus. Brutus erat futurus princeps Reipub. Romanæ, si expectasset mortem C. Cesaris, nec arma contra mandatum Dei suscepisset. Videtur accommodari posse, etiam ad hos, qui initio secundis rebus insolentes facti, sunt negligentes, aut crudeles, quibus ex rebus deinde incidit in magnas calamitates.

Ne dic reddam malum, sed expecta Dominum & saluabit te.

Abominabile est Domino uariare pondera.

Et statera fallax non est bona.

Omnium gressus a Deo sunt, & quis homo intelliget uiam suam.

Laqueus est sancta contumelia afficere, & postea uota facere.

Sic est hypocrisis, quia est sine timore Dei, et si de obsequitur cupiditatibus suis, et tamē illa peccata

PROVERBIA

uult compensatione delere, scilicet sacrificijs & ceteris ritibus, sicut Christus inquit, Mundatis ea que foris, intus pleni estis rapina. Item, cōparat phariseos sepulchris dealbatis, ita ait hic Salomon, quod sacrificia, quod uota impiorum, que sunt sine timore Dei, & sine fide, nihil prosunt, sicut & supra dixit, Victimā impiorum, abominatio est. Alij hoc modo legunt, Laqueus est deuorare sancta, id est, prophanare ea que Deo dicata erant, iuxta diuinam ordinationem, quam lectionē etiam si quis mauult sequi, redibit res eodem, quod nostris sacrificijs non placemus Deum, si interea impie de eo sentiamus. Præcepit itaq; Salomon, timorem Dei & fidem, hæc efficiunt ut sacrificia Deo placeant, iuxta illud: Melior est obedientia, quā uictima.

Vota impiorū nil prosūt

Diffipat impios rex sapiens, & uertit aduersus eos rotam. Exhilarari a Deo, uita est hominis, & penetrat totum corpus.

Similes sententiæ supra multe posite sunt, quod pax cordis, tantum sit à Deo, idem hic monet, frustra pacē queri in opibus, in uoluptatibus, frustra queri in nostra iustitia, propterea à Deo tantum expectandum & postulandum esse. Consequimur autem eam paxem, iuxta illud, Iustificati ex fide, Pacem habemus, quia quæ

SALOMONIS

quia quando Deus incipit iudicare & punire, destituit nostra omnia humana solatia, sola fides in Christum, erigit & consolatur.

Beneficentia & ueritas custodiunt Regem, & fulcitur thronus eius beneficentia.

Corona iuuenū, est robur eorum, & decus senum, est canicies. Vulnere & plagæ medentur malis.

CAP. XXI.

Cor Regis in manu Dei est, sicut flumina aquarum, quorum uolet inclinabit.

Sic existimo simplicissime accipi posse, q. deus gubernat Regum mentes, & cum fauet, dat scilicet cōsilia, et custodiunt regna: cum succenset, sinit errare ac labi, ut incidant in magnas calamitates. Ita constat Cor Regis in sentit cum Psalmo. Nisi Dominus custodierit ciuita manu Domini est. Et eo pertinent comminationes in Scriptura Esaiæ 3. Dabo pueros Principes eorum. Et Osee 3.

PROVERBIA

Dabo tibi Regem in furore meo. Item, Promissiones
 Esaiæ 22. Princeps, quæ principi digna sunt, cogita-
 bit, & ipse super Duces stabit, id est, sicut Paulus in-
 quit: Habebit honorem bonis, & erit terrori malis.
 Docet igitur hæc sententia Magistratus timorem, ut
 metuant, ne à Deo in reprobum sensum tradantur, si-
 cut Pharao, Saul, & ut reliqui tyranni à Deo deser-
 ti, qui cum frustra essent confisi uiribus suis, dederunt
 poenas iniustitiæ suæ, iuxta illud: Dissipat Dominus
 populos, qui bella uolunt. Docet et fidem, ut credant
 & postulent se à Deo gubernari. Præterea subditos
 monet, ut à Deo postulent, ut foeliciter gubernet men-
 tes principum, sicut præceptum est 1. Tim. 2. & Hier. 29.

Sua cuique uia placet,

Dominus uero corda impellit.

Facere iustitiam & iudicium,
 melius est apud Deum, quam uictima.

Facere iudi-
 cium & iusti-
 tiam quid sit.

Hæc figura est frequenter usurpata in scripturis
 facere iudicium et iustitiam. Videturque à fori consue-
 tudine sumpta esse, nam in iudicijs duo fiunt. Altera
 pars condemnatur & punitur, id uocant Hebræi iudi-
 cium facere. Altera pars comprobatur & absoluitur,
 id uocant iustitiam facere. Est ergo in genere iudi-
 cium facere improbare peccata, & iustitiam face-
 re, id præstare, seu probare, per quod iustificatio con-
 tingat. Hinc constat, quod facere iudicium & iustitiam

SALOMONIS.

99

coram Deo, significat poenitentiam & fidem, poeni-
 tentia improbat & condemnat peccata nostra, fides
 autem consequitur iustitiam. Damnat autem hæc sen-
 tentia Salomonis hypocrisim, quæ tamen iustificari
 querit per humana opera, sicut Phariseus Lucae 18.
 cum iustificatio requirat timorem & fidem, quorum
 utrumque deest hypocrisis. Eadem sententia copiose tra-
 ctata est in Psalmo 49. Non in sacrificijs tuis argua-
 te, sed inuoca me in die tribulationis, & eripiam te.

Sublimes oculi, & superbum cor,
 Impiorum foelicitas peccatum est.
 Consilia seduli, plane abundan-
 tiam pariunt.

Præcipites autem egebunt,
 Qui colligit thesauros lingua men-
 daci, frustrabitur & periclitabitur de uita.
 Rapinae impiorum erunt eis exitio,
 quia noluerunt iuri obsequi.
 Improbi opera peruersa sunt,
 At mundorum, recta.

Satius est in angulo tecti habitare
 quam cum muliere morosa in domo amplius

PROVERBIA

Anima impij desyderat malū,
& fastidit proximum suum.

Dum mulctatur subsannator,
imperitus commouebitur,

Et sapientes scientiam accipiūt.
Erudit iustus domum impij,

Sed defleunt impij a malo.
Qui obstruit aurē pauperū clamori,
Clamabit ipse uicissim, nec ex-
audietur.

Donū clandestinū placat iram,
& manus in sinu uehemētem irā.
Gaudiū est iusto facere iudiciū,
exitium facere iniquitatem.

Qui aberrat a uia prudentiæ,
inter mortuos erit.

Redigitur ad inopiam, qui a-
mat gaudia.

Et quisquis amat uinum & pin-
guedinem, non ditescet.

Impij

SALOMONIS

Impij plectuntur pro iustis,
Et pro rectis contemptores.

Satius est in terra deserta *ysari*,
q̄ cū muliere morosa & iracūda,
Preciosus thesaurus & oleum
in domo sapientis est.

At stultus homo dilapidat.
Qui sectat̄ iustitiā & beneficētiā
reperit uitam, iustitiā, & gloriam.

Fortiū urbē expugnat sapiens,
Et fortibus ipsorum confidentia,
exitio est.

Qui custodit os suū, & linguā
suam, custodit animam suam a tri-
bulationibus.

Supbi temere audēt, & subsan-
natores in ira temeritatē designāt.
Cupiditates pigri occidūt eū, q̄
noluerunt manus eius laborare.

Piger perpetuo cupit.

Iustus ꝑo dat, & non cōparcīt.
 Immolatio īpiorꝝ est abominatio,
 Quia per scelus offertur.
 Testis mendax peribit,
 Et qui solet auscultare, is uicif-
 sim audietur.
 Pertinaciter pergit uir impius,
 Recti uero uia fortunatur.
 Nō est sapiētia, nō prudentia,
 Non consilium, contra Dñm.
 Equus paratur ad bellum,
 A Deo uero uictoria proficiscit̃.

CAP. XXII

Fama præferenda est magnis
 opibus.
 Et gratia melior est argēto et auro
 Versatur apud opulentū pau-
 per, facit utrunqꝝ Deus.

sape

*Sape Scriptura docet pauperitatem, & alias ca-
 lamitates à Deo esse, nā caro ideo egre tolerat hæc,
 quia putat temere sine consilio & uoluntate Dei ac-
 cidere. Tunc autem patienter toleratur, quando cre-
 dimus, quòd uolūtate Dei accidunt, qui enim credūt, sciunt se debere uoluntati Dei obtemperare, & gau-
 dent obtemperare, sicut ille ait: Calicem salutarem
 accipiam. Et sicut Ezechias inquit: Fiat quod bonum
 est in oculis Domini. Et Colos. 1. Cum gaudio gratias
 agentes Deo. Est enī retinēda pax cordis, ne egre to-
 lerātes nostra onera, Deo tacite succenseamus, sicut
 describitur populus israel, toties Deo abominaueris
 et irasceris, atqꝫ hoc uulgare procul abditū, peccatū
 est, aduersus quod uerbo Dei corda erudienda sunt:
 Hic uero locus, consolatur etiam pauperes hoc nomi-
 ne, quia si à Deo paupertas est, sci. ant tamen fore, ut
 non pereant in paupertate propter promissiones dei: Deus pauperes non pedit
 Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore Dei, id est, quia Deus benedicit, &
 promisit uictum, consequemur uictum, & alemur.
 Item, Nolite esse solliciti de crastino. A diuitibus ue-
 ro exigit hic locus gratitudinem erga Deum, & gra-
 tissimi erunt, si utentur opibus iuxta uoluntatem
 Dei.*

*Paupertas
 ferenda est.*

Callidus mala præuidet & euitat.

PROVERBIA

Et imperiti dum prærumpunt,
damnum accipiunt.

Penes abiectos qui Deū timēt,
Diuitiæ, gloriæ & uita sunt,

Cuspides et laq̄i i uita pueri sūt,
Qui procul inde refugit custo-
dit uitam suam,

Si institueris adolescentē in uia
sua, in eadē & senex perseuerabit.

Diues pauperibus imperat,
Et q̄ mutuo accipit, seruus est foe-
neratoris,

Qui mala seminat, mala metet,
& plaga perdet eum.

Liberali oculo benedicetur, quia
dat de pane suo egenti.

Si pepuleris subsannatorē, cessa-
bit contentio, sedabiturq̄ lis &
conuuium.

Rex amicus eius, q̄ munditiam
cordis

SALOMONIS

101

cordis diligit, & labiorū gratiam,

Oculi Dñi obseruant scientiā,

Et contemptoris consilia frustrant

Piger ait, leo foris est, in platea
interficiet

Fouea profunda os scorti est,

Cui irascitur Dominus; is in
eam incidet.

Stultitia agnata est cordi ado-
lescentis,

Virga uero castigatrix eximet eā.

Prior pars sententiæ, ostendit causam tot delictorum humanorum, quia scilicet simus nati uitiosis affectibus, illi astiduo impellunt hominem ad mala opera, hoc est, quod uocant peccatum originale, qui mor-

bis maledictione diuinam secutus est, de quo et Paulus inquit: Omnes eramus natura filij iræ. Et Augustinus scribit se neminem in ecclesia unquam meminisse qui negaret peccatum originale. At nunc sunt quidam, qui id aperte negant, aduersus quos huiusmodi sententiæ in animo tenende sunt. Hic autem consideremus, quanta sit imbecillitas nature, quoniam nati cum peccato, rapimur ad mala. At hic Salomon iubet com-

Peccatum ori-
ginale.

Augustinus

Castigatio
duplex est.

herceri uirga pueros. Sciendum est igitur duplicem esse castigationem. Quaedam sit humanis uiribus, ut cum Magistratus metu publicarum poenarum, uel parentes domestica institutiōe coercent & castigant. Altera est, quae sit à spiritu sancto, quando spiritus sanctus intus tenet corda, aut etiam foris mutat ad castigandam carnem, sicut Paulus inquit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Terrores in animo proprie dicuntur in scripturis mortificatio, & haec castigatio est poenitentia, seu principium iustificatiōis, cum Deus suo uerbo terret cōscientias. Prior species castigationis, quae sit humana institutione, est necessaria, & à Deo praecipitur: propterea sciant pueri, quod ei obtemperare debeant, tametsi non sit poenitentia. Aliquando autem Deus per hanc operatur, & efficit in animis ueram poenitentiam, sicut per alia flagella & mala, cum in illis uoluntatem Dei, & iram cernimus, nec tantum intuemur humanas poenas.

Qui iniuria afficit pauperem,
ut ditefcet ipse.
Is dabit ditioribus alijs, & egebit ipse.

Accommoda aurem, & audis
uerba sapientum, animaduerte ad
doctrinam

doctrinam meam.

Est enim pulchra, si eam serues
in pectore tuo, & labijs tuis foelici
ter tractabis eam.

Hoc loco testatur Salomon, se docere uerbum Dei, non doctrinam aliquam humanam, seu ratione comprehensam, quia praecipit de fide. Ratio enim non potest deprehendere doctrinam fidei, scilicet, quod sentire debemus nobis ignosci, nos defendi, regi & seruari à Deo, etiam in media morte. Praecepta de moribus externis, etiam ratio uidet, sed doctrinam timoris Dei & fidel non uidet. Secundo utiliter monet, quod debeamus certi esse de uerbo Dei, & ut nostra conscientia habeat certum consilium, auxilium & receptum in afflictione, iuxta illud: Qui non dixerit secundum uerbum hoc, non erit ei matutina lux, id est, erit in tenebris, errabit, non habuerit consolationem. Item, recte facitis, attendentes sermone prophético, tanquam lucernae in tenebris, & ut alias dictum docere possimus, & confiteamur interrogati, ut innotescat gloria Dei omnibus. Illi autem docere recte non possunt, qui ipsi ambigunt.

Ratio non potest deprehendere doctrinam fidei.

Commonefacio hoc assiduo,
ut in Domino colles fiduciam

tuam tu amplectere. Nonne tradidit tibi multipliciter consilia & scientiam, ut docerent te ueritatem quam certissimam, ut interrogantibus uera respondere possis.

Ne depredare pauperem eo quod sit pauper, nec opprimas afflictum in porta, quia Dominus causam illorum iudicabit, & perdet eos qui illis uim attulerunt.

Ne habeas commercium cum homine iracundo, & cum uiro furioso ne uersere, ne addifcas mores eius, & accipias scandalum anime tue.

Ne sis inter eos qui spondent, aut fidem obstringunt apud sceleratorem. Nam si non potueris persolvere, auferet a te lectos tuos.

Ne transseris priscos limites, quos maiores

maiores tui constituerunt.

Qui mandatum mature exequitur, stabit coram Regibus, nec inter obscuros relinquetur.

CAP. XXIII.

Cum accumbis, ut comedas cum Principe, observa quae proponantur, & intenta cultrum gutturi tuo, ut uitam tueare. Ne capias cibum eius, est enim fallax cibus.

Primum uidetur haec sententia monere periculosus esse potentium amicitias, quod et ille uersus significauit: Dulcis in expertis cultura potentis amici. Docet enim quotidiana experientia tales amicitias non esse durabiles, ut apud Alexandrum non durauit gratia Cliti, Parmenonis, Colophonis. Secundo taxat Salomon emulationem & cupiditatem, cum honoris, tum opum, eoque recte accommodari figura potest, qua usus est Salomon, Obserua quae proponuntur, id est, illis honoribus sis contentus, ad quos legitime accersitus es, & non cupias ampliores seu superiores, quia Deus resistit superbis. Intenta cultrum gutturi

Amicitiae potentium sunt periculose.

PROVERBIA

tuo, id est, caue ne irruas in cibos, hoc est, ad omnia que te delectant ad honores, ad splendidas functiones. Addit causas, ut uitā defendas. item, est fallax, ciborum, significat enim ambitionem causam esse multorum, & quo quisq; gradu superior est, eo plus habere periculi significatur. Sicut & Christus Luca 2. inquit: Cui multum datum est, multū repetitur ab eo.

Ne labora ut ditescas, a cōsilijs tuis cessa.

Ne adfecta id qd cōseq nō potes. Faciet alas sibi, & uelut Aquila ad cœlū subuolabit.

Efficacissima in omnibus rebus gerendis consilio est, scire quod Deus postulat, ut credamus ipsius euentus consiliorum nostrorum regere & fortunare. Sic enim scimus nos habere certum auxilium, & potentias nostris consilijs. Sæpe enim præcipitur in hoc libello, ut commendemus Deo nostram uitam, id est, actiones, uitam, consilia, ita futurū est, ut ipse gubernet, sicut Psalmus inquit: Reuelā Domino uiam tuam, & ipse faciet. Debent autem cōsilia nostra sequi præcepta Dei, nihil contra uoluntatem Dei suscipi, & ex mandato Dei suscepimus aliquid, postulare debemus, ut deus gubernet, & credere ac expectare futurū ut ipse regat exitus, etiā in medijs aduersitatibus.

Consilia nostra de gent se qui præcepta Dei.

SALOMONIS.

104

Hic autem primum auariciam prohibet, seu ambitionem, cum ait: Ne labora ut ditescas, neq; uero laborare, ut diuitias recuperes, sed cupiditatem reprehendit. Labor enim debet seruire uolūtai Dei, ideoq; suscipi quæ Deus præcipit. Benedictio, sine cupiditate a Deo expectāda est, sicut & Christus inquit: Nolite esse solliciti de crastino, id est, labora quidem, sed cupiditatem, sollicitudinemq; depone. Deinde præcipit omittere nostra consilia, atq; supra præcipit diligentiam, iubet deliberare quod suscipias, hic prohibere uidetur. Verum ita intelligatur prohibere consilia sine uerbo Dei, ideo addit pronomen tua. Ideo Paulus præcipit Rom. 13. Prouidentiam carnis ne feceritis, id est, obtempera mandatis Dei, sine mandato Dei, & sine uocatione, nihil suscipias, etiam si caro hortatur te ad splendidiora, ostendit consilia & occasiones, & quam illa consequaris, tamen ista tua consilia omite, & mandato Dei, & uocationi tuæ morem gerito, si-
cut & Dominus Petro dicit, Alius ducet te, quo non ne Dei nihil suscipiendum
quis, quasi diceret, oportebit te seruire tuæ uocationi, non querere ea quæ tibi uidentur iucunda esse, uti-
lia & splendida fore. Nec fortunat Deus nostra consilia contra uocationem, ideo hic ait, Faciet sibi alas & euolabit, sicut nec Daiban & Abyron consequi honorem quem affectabant, potuerunt. Item, Ozias dedit poenas, quod contra uocationem

PROVERBIA

attigit arcam. Et Leuit. 10. percutunt filij Aaronis, quod
propter præceptum alienum ignem coram Deo accen-
derunt, & Amasias uolēs sacrificare, punitur lepra.
Que exempla omnia eo pertinent, ut doceant nos hu-
milia sentire, nihil præter mandatum Dei suscipere,
non irruere ad honores sine uocatione.

Ne comede cibum inuidi, et ne
cupias illū, nā ipse uelut prestigia-
tor fallit. cū ait, comede & bibe, &
apud animū inuidet tibi. Portionē
quam comedisti, euomes, & per-
des sermones tuos.

Auribus stulti ne loquaris,
Contemnit enim prudentiam ser-
monis tui.

Ne loco moueas præscos limites,
Et in campū pupillorū ne irrūpas.

Nā uindex eorū fortis est, iudic-
abit eorū causam aduersus te.

Accōmnda cor tuum castigati-
ōe. Et audi sermones scientiæ. Ne ces-

SALOMONIS.

285

Ne cesses castigare adolescentē,
si percusseris eum uirga, non mo-
rietur. Si uirga uerberaueris, ex in-
feris animam eius eripies.

Fili, si sapiens fuerit cor tuū, gau-
debit cor meum. Exultabūt renes
mei, cum recte loquent labia tua.

Audi fili mi, & eris sapiens, ut
bene habeat in uia cor tuum.

Ne æmuletur cor tuum peccato-
res, sed timeas Dominū semper,
Expecta postrema, ne frustaberis
si expectaris.

Ne sis inter pētōres & cōmessa-
tores, nā potatores & commessato-
res redigentur ad inopiam, et lace-
ris uestibus utetur somnolentus.

Audi patrē tuū q̄ te genuit, et ne
contēnas matrē tuā, natu grandē.

Veritatem, sapientiam, eruditio

nem & intelligentiam, compara,
nec uende.

Iusti pater lætabitur, sapientis
genitor gaudebit de filio.

Gaudebit pater tuus & mater
tua, & genitrix tua, obtempera, &
oculis suis uix tuæ placent.

Est enim profunda fouea mere
trix, & puteus angustus scortum.
Hec pinde, ac predones solēt, insi
dias struit, et incurios ad se allicit.

Vbi uæ, ibi eiulatus, ubi rixæ,
ibi insidix struuntur, ubi sit, ut ni
hil meriti saturentur, ubi rubent
oculi.

Nimirum hæc accidunt inter
pocula ijs, qui confluunt & exhau
riunt quicquid infusum est.

Ne inspicere uinum cum rube
lor eius, & arridet. Postremo ue

lut serpēs mordebit, & uelut aspis
punget. Oculi tui spectabunt alie
nas mulieres, & cor tuum cogita
bit peruersa, & eris perinde ac ia
cens in medio mari. Supra autem
naui percusserūt me, in ges, & nō
dolui, uulnerauerunt me, & non
fensi. Quando uero expergiscar,
ut rursus incipiam perpotare.

CAP. XXIII.

NE æmuleris uiros malos, nec
cupias apud eos esse, nam da
mna meditatur cor eorum, & per
nitiosa loquuntur labia eorum.

Sapientia edificatur domus, &
intelligentia, & cubicula implet
scientia omnibus opibus precio
sis & pulchris.

PROVERBIA

Vir sapiens fortis est, & uir intelligentis præstat robusto. Nam bella geruntur industria, & uictoriam parant multa consilia.

Altior est sapiētia, quam ut adsequatur stultus, et in porta hic ne quidem os aperiet.

Sibi machinat malū, audax sceleris,

Consilia stulti, peccata sunt, Et subsannator est abominatio apud homines.

Nihili fortitudo est, si in aduersis rebus paræ firma fuerit patiētia.

Patentia humana seu philosophica, simulatio quædam est moderati doloris, qua cohercemus nos foris, ne quid contra iustitiam, aut alias uirtutes faciamus, sicut quidam uicti magnitudine doloris, mortē sibi consciuerunt, alij immodeste se gerunt alioquin, et habet ratio hanc causam suæ patiētiæ, quia nihil est, neq; propter uoluptates, neq; propter dolores faciendum, neq; contra iustitiam, aut alias uirtutes.

SALOMONIS.

107

Sed talis patientia, est externa quædam moderatio, interea animus nihil habet consolationis, præsertim si etiam spem nullam habeat ratio, quis sit exitus, ac finis calamitatis futurus, et sepe accidit, ut spem nullam ratio uideat, sicut ait Propheta, Perijt fuga à me, id est, non possim effugere. Ex his patet, quàm infirma sit patientia, quam ratio efficit. Christiana Patientia diuero patientia est gaudium cordis in afflictionibus, plex, quia semper est coniuncta spes, sicut Esaiæ cap. 20. inquit, In silentio & spe, fortitudo uestra erit. Intuetur enim uoluntatem Dei, & scit se Deo curæ esse, & futurum, ut exitus gubernet Deus, iuxta suam promissionem, etiam si nullū auxiliū in creaturis adpareat, sicut de Abraham inquit Paulus, Cōtra spem in spem credidit, id est, etiam si tota natura nihil ostenderit spei, tamen ipse intuens uerbum Dei, sensit euenturū esse, id quod Deus promisit, qui, ut inquit Paulus, uocat ea quæ non sunt ut sint. Secundo ideo etiam tranquillus est animus in Christiana patientia, quia uidet afflictiones non esse malas, aut ad exitum nostrum à Deo irrogatas esse, scit enim se bona uoluntate Dei tentari, ac exerceri ad pœnitentiam ac salutem. In hanc uoluntatem, quia intuetur animus, non irascitur Deo, non putat temere accidere calamitates, sed poscenda sunt. tuis gaudet in afflictione. Hoc est quod ait Esaias, In silentio, id est, non irascimini Deo. Et Psalmo 4. tra-

PROVERBIA

scimini, & nolite peccare, id est, ne succensete Deo, quod sinat uos adfligi, quod non statim iuuat uos, nec temere accidere, ne commoueamini ad uindictam exercendam, aut ad deserendum Deum. Sed tacite loquimini in cordibus uestris, id est, respicite uerbum, & iuxta illud tolerate adflitionem. Talis patientia, seu fortitudo firma est, etiam cum omnia humana solatia & consilia nos desituunt. Tum enim locus est uerbo Dei, quando alia solatia non tenent occupatum animum. Potest hic legi, quiesce in die tribulationis, quia do est debilitata uirtus tua, ut significet non esse succumbendum in adflitione, sed tolerandum & expectandum auxilium à DEO, & spem retinendam esse.

Eripe eos, qui ad mortem rapiuntur, & opem ferijs, qui protrahuntur ad cædem.

Si dixeris, Non noramus, ecce cordium arbiter animaduertet, & obseruator animæ tuæ deprehendet, is reddet cuiuis iuxta opa sua.

Comede enim mi fili mel, est enim bonum, & fauum dulce, par-

SALOMONIS

108

lato tuo, sic est animæ sapientia ubi inueneris, & restant postrema, nec frustrabitur expectatio tua.

Ne insidieris impie habitaculo iusti, ne interturbes quietem eius. Septies enim cadet iustus, et impij impingent in mala.

Si lapsus fuerit inimicus, ne gaudeas, & si impegit, ne exaltet cor tuum, ne uideat Dominus, & adflictis adpareat, ut auertat ab illis iram suam.

Conuenit cum Paulina sententia, sepe iam citata, Alter alterius onera portate.

Ne æmulare malos, nec inuideas impijs, nihil enim boni superest, quod speret malus, lucerna impiorum extinguetur.

Time Dominū fili & Regem, & cum seditiosis ne cōmiscere.

Mox enim instabit interitus eorum, & ruinam eorum quis scit?

Præceptum contra seditionem. Egregium præceptum aduersus seditionem. Coniungit autem timorem Dei & Magistratum, & ut Magistratus propter Deum timeamus, & si quid facere iubet contra mandata Dei, ut meminerimus Deo magis obediendum esse, quam hominibus.

Spectare personam in iudicio, non est bonum.

Qui dicit impio, iustus es, male dicit ei, & succensebit populus.

Qui arguunt, amabiles sunt, & large benedicetur eis.

Labia osculi, quæ respondent apposite.

Primum perfice foris opus tuum, & exerce agrum tuum, postea ædificato domum tuam.

Oeconomicum præceptum. Oeconomicum præceptum est, uerum latè patet, in omnibus uitæ partibus, ut ea potius ac prius curemus, quæ necessaria sunt. Sed partim ambitio partim

partim aliæ cupiditates impediunt, quo minus auscultemus huic præcepto. Pater familias, dum ostentat opes defraudato agro ædificat, princeps dum obtemperat iræ, aut ambuloi, suscipit bella foris, neglecta interim patria. Sed in docendo maxime est uidere, quantum noceant præposteri illi Magistri, qui tradunt aut non necessaria, aut quæ percipi non possunt, priusquam prima elementa & necessaria proposuerunt, ut si quis omissis decalogo, ac doctrina fidei, disputet subtiliter apud imperitos, de alijs questionibus, non perinde necessarijs. Tales Magistros taxat etiam Christus, cum ait, Colant culicem, & deuorant Elephantem. Ad talia exempla accommodari hoc præceptum Salomonis potest, monet enim, ut necessaria curemus, & ut suæ quisque uocationi seruiat.

Non sis testis iniquus aduersus proximum tuum, ne allicias labijs tuis.

Ne dicas, quemadmodum fecit mihi, sic faciam ei. Reddam uni cuique secundum opera sua.

Agrum hominis pigri prætere, & uineam hominis stulti. Et ec

ce, totum obruerunt urticae, & te-
gebant spinæ, & murus collapsus
erat & uidi, & confyderaui, uidi,
ut erudirer. Paululum dormies,
paululum obdormifces, pauli-
fper conferes manus ad dormi-
endum, Veniet tanquam uiator
paupertas tua, & egeftas nō fecus
atq; latro.

CAP. XXV

GLoria Dei, est uerbum celare.
At gloria regū, est id ingre-
re.

Mundus iudicat temere accidere, cum res fecuta
das, tum aduersas, iustorum & iniustorum, nec sentit
certo consilio Dei, aut affligi Dauidem, aut Saulem
occidi, aut liberari Ezechiam & similia. Huc perti-
net prior sententiæ pars: Gloria Dei est celare uer-
bum, id est, facta, res, causas piorum & impiorum.
Hoc est, Deus ita gubernat omnia, ut mundus tamen
non uideat eius præsentiam, quemadmodū est in Psal-
mo, Dixit inspiens in corde suo, non est Deus. Reges
autem ita

Deus cuncta
gubernat.

Autem ita erunt faelices, si Dei uoluntatem & præsen-
tiam agnouerint, si timeant eius iudicium, si credunt
ipsum eis adesse, & gubernare eorum actiones. Hæc
est Regum gloria, id est, timor Dei & fides parunt
gloriam Regibus, quia seruant eos, & fortunant
administrationē, sicut in Dauidē apparet, & Ezech-
ia & similibus. Si quis mauult interpretari de cog-
nitione uerbi Dei, gloria Dei est celare uerbum, tamen
eodem redibit res. Est enim Verbum Dei, sicut Paulus
inquit, mysterium absconditum. Et Christus inquit:
Abscondisti à sapientibus, quia nec seueritatem iudi-
cij, nec amplitudinem misericordiæ cernere ratio po-
test. Reges autem tunc erunt faelices, cum intelligent
uerbum, cum timebunt Deum, cum credunt Deo, sic
nim & præsentiam eius cernent, & casus impiorum
& feriorum sentiunt à Deo gubernari, sine cognitione
uerb Dei, non possunt principes recte regere, iuxta
illud. Num defecerit propheta, dissipabitur populus.

Verbum Dei
mysterium
absconditum

Ut nec altitudo cœli, nec terræ
profunditas comprehenditur, ita
nec cor Regis perscrutabile.

Sicut supra dixi, Cor Regis in manu Dei esse. Itē,
Laba Regum diuinare, ita hic significat Reges à
Deo gubernari. Primum, ut ipsos Reges admo-

neat ut timeant Deum, ne utatur ipsis tanquam instru-
mentis irae suae, sicut Pharaone, aut similibus tyran-
nis usus est. Secundo, ut credant sibi adfuturum auxi-
lium Dei, sicut Dauidi, Ezechiae, aut similibus adfue-
rit. Docet autem haec sententia, subditos timorem, ut
sciant se iudicium Dei non euasuros esse, qui gubernat
mentes Magistratum, etiamsi homines deceptos alio-
qui arbitrentur se fuisse.

Si rubiginem de argento abstu-
leris, uas purum fiet. Si impieta-
tem a rege abstuleris, fortunabitur
iustitia thronus eius.

Ne iactes te in conspectu Re-
gis, & in locum magnorum ne ir-
ruas, est enim satius ut dicatur tibi:
ascende huc, quam detrudi a con-
spectu principis, quem adspiciunt
oculi tui.

*Vera humili-
tas quae.*
Et haec sententia, de uera humilitate praecipit. Est
autem uera humilitas agnoscere, quod dona Dei habe-
as, nec tamen confidere istis donis, sed sentire quod ita
sint foelicia futura, si Deus fortunet. Itaque nec praesertim
se alijs, quia senti se aliena beneficia gerere, & quae
non sunt

non sunt in nostra potestate. Video enim fieri posse, ut
maiores utilitates efficiat Deus per alios, uideat nullam
sapientiam tantam esse, quae non offendit, ac labatur,
nisi Deus gubernet eam. Talis animus est contentus
suo officio, nec affectat aliora. Lucae 14. docet Chri-
stus simili figura humilitatem. Est autem uera humili-
tas coram Deo, proprie timor Dei, hoc est, perterrefi-
eri. & sentire uere, quod meriti simi s iram Dei, et ta-
lis timor efficit, ne preferamus nos alijs hominibus,
ne iudicemus alios, ne cõfisi nostris uiribus, honores
ambiamus. Nam qui habent timorem Dei, uident sua-
rum uirium infirmitatem, & de his inquit Christus,
Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Hoc enim erigit
& consolatur, cum credunt se recipi in gratiam, pro-
pter Christum. Et Paulus 2. Corinth. 7. inquit, Deus
qui consolatur humiles.

*Vera humili-
tas quae.*

Ne properes litigare, ne quid
facias, quod postea proximum tu-
um confundat.

Causam iudicet proximus tu-
us, & arcanum alterius ne reuela,
ne contumelia adficiat te audiens,
& infamare pergat.

Aurea mala in argenteis tabulis
uerbum dictum opportune.

Velut torques aureus, & aureum
monile, est increpatio apud sa-
pientem, qui auscultat.

Sicut in messe frigus hybernū
recreat, ita nuncius fidelis recreat
eum qui misit, & anima Domini
eius acquiescit.

Nubes & uentus sine pluuia, is
est qui gloriatur pollicendo, & ni-
hil prestat

Patientia placabitur princeps,
& lingua mollis cōfringet duritiā.

Vbi mel repereris, comede
quantum sat est, ne saturatus, re-
uomas.

*Hec figura uidetur generaliter admonere, nimia
nocere omnia, iuxta illud, Ne quid nimis, nimia se-
ueritas degenerat in crudelitatem, nimia clementia in
remissionem.*

*remissionem, ac negligentiam. Est autem infra repeli-
ta hęc figura, et exposita, de tractatiōe uerbi Dei, et
meo iudicio eo proprie pertinet, hęc allegoria, uide-
licet, ne uerbi Dei carnali cupiditate aut iudicio hau-
riatur, ut enim immodico melle inflari corpora dicun-
tur, sic Paulus inquit, Scientia inflat. Est enim scien-
tia uerbi Dei sic possidenda, ne confisi illa cognitione
superbiamus, aut præferamus nos alijs. ideo Christus
ait, in omnibus uictimis sal adhibendum esse, id est:
Verbo Dei semper in nobis timorem effici debere.
Non est ex carnali prudentia, de uerbo Dei iudican-
dum, sicut Heretici iudicant, qui non ex scriptura col-
ligunt, quid sit sentiendum, sed ex se fingunt senten-
cias, ad quas male detorquent scripturam, & hi reuo-
cunt mel, id est, amittunt uerbum Dei, quia simpliciter
ueram intelligentiam non retinent.*

*Scriptura nō
est carnaliter
iudicanda.*

Reuoca pedem tuum a domo
proximi tui, ne satur tui oderit te.

Hasta & gladius & sagitta acu-
ta est uir, qui aduersum proximū
suum falso testificatur.

*Græcum prouerbiū est, Nullam bestiam nocenti-
orem esse scophanta, seu calumniatore.*

Dens malus & pes uacillans, est
fiducia contemptoris in die tribu-
lationis

Prauo corde carmē canere, per
inde est, atq; laceris uestiri in frigo-
re, & acetum uino addere.

Si esurierit is qui odit te, pascē
eum pane, & si sitierit, pota eum
aqua. Prunam enim cumulabis
super caput eius, & Dominus red-
det tibi.

Aquilo pluuiam pellit, at uul-
tus serenus linguam delatricem.

Satius est sedere in angulo ce-
cū, quam in domo ampla cum mu-
liere rixante.

Aqua frigida ei qui linq̄uitur a-
nimo, nūncium bonum est ex ter-
ra longinqua.

Fons conturbatus, & scaturigo
corrupta.

corrupta.

Iustus lapsus coram impio.

Non est bonum immodice mul-
tū mel edere. Sic & qui grauiā
scrutatur, obruetur.

Idem Paulus præcipit, cum iubet ea docere, quæ
faciunt ad ædificationem, & Eccles. 3. Altiora te ne
scruteris, sed quæ præcipit tibi Deus, illa cogita sem-
per. Et Paulus enumerat ea capita, quorum cognitio
necessaria est, cui inquit: Finis præcepti est charitas
de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta,
significat enim hos locos maxime cognoscendos &
tractandos esse, seu ut Christus inquit: Prædicantes
penitentiam & remissionem peccatorum in nomine
meo. Et Paulus inquit: Naufragium fecisse, qui his o-
missis contulerunt se ad alias quæstiones, minime ne-
cessarias. Neq; enī fieri potest, quin offendant, & hal-
lucinetur ratio, cum ea inquirunt, quæ Deus uoluit esse
abscondita, ut cum disputamus, an ipsi simus electi,
cur nobis reuelatum sit Euangelium, non sit reuelatū
Socrati, aut Ciceroni. Sit ne Deus author malorum,
possit ne in pluribus locis esse corpus Christi simul:
Huiusmodi quæstiones non prosunt, nisi ad subuersio-
nem, ut Paulus inquit, audientī. Proinde sequamur

Quæ docen-
da in Eccle-
sias, & quæ
non.

PROVERBIA

Pauli regulam, & necessaria discamus. Item, nihil adsumamus sine uerbo dei, nec curiositate queramus ea quæ sunt manifesta uerbo proposita, ut enim qui auidius mel ædunt, læduntur, ita qui curiositati rationis obtemperant, in huiusmodi arcanis rimandis, accipientur.

Vrbs patēs sine mœnibus, uir qui non cohibet spiritum suum.

CAP. XXVI.

VT nix in æstate intempestiua est, & imber in messe, sic nec stultum decet gloria.

Quemadmodum aufugit auis, & præteruolat hirūdo, Sic ementitum conuitium non lædit.

Flagellum equo, frenū asino, Virga tergo stultorum.

Ne respondeas stulto de stulticia eius, ne similis ei fias.

Responde stulto de stulticia eius, ne sapere sibi uideatur.

SALOMONIS:

114

Qui per nunciū stultū rem gerit, Est uelut claudus pedibus, & damnum accipit.

Ut claudus pedes erigere nequit Sic sunt sententiæ in ore stultorū.

Stultum honore afficere, perinde est, ac gemmam in poliandrion conijcere.

Spina condita in manu ebrii, sententia est in ore stulti.

Vir peritus oīa recte efficit, Qui uero conducit stultos, negligentes conducit.

Emphasis in uoce peritus, quasi diceret, nihil recte gerit is, qui antea non didicit. Monet autem, ne quis ea tractet quæ non didicit, & conuenit plane cū illo Horatii uersiculo, Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. Maxime autem ad Magistratus pertinet, ne qui imperiti Respub. gerant, ne in ecclesia presint homines inexercitati, iuuenes quæ antea rege nō didicerunt. Huc pertinet quod ait Xenophon,

eum uetat oconomum fieri, qui antea non didicit.
Sicut canis rediens ad uomitū,
Sic stultus est ingeminans stulti-
tiam suam.

Hic locus est citatus, 2. Pet. 2. de his, qui cognito uerbo Dei, relabuntur in pristina uitia, de quibus inquit scriptura, nouissima fieri deteriora prioribus. Et Christus inquit, Matth. 12. quomodo insidiatur diabolus ihs qui coeperint resipiscere. Vocat autem in pifcenibus. Hoc prouerbio stultos, qui relabuntur, hoc est, securos & uacuos metu Dei. Nā carnalis securitas nō sentit insidias diaboli, & retrahitur ad peccandum. Idē monet Paulus, locū illum Mosi citans, Sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere. Hic tamen monendi etiam sunt lapsi, ut sciant rursus se per poenitentiam restitu posse. Sicut Christus Petro dixit, remittendum esse septuagesies septies. Est enim irrita Petri remissio, nisi Deus remitteret, quare cum iuraret Petrum toties remittere, ipse pollicetur se toties remissurum esse. Et apud Ioannem scriptum est, Sed & si peccauerimus, habemus aduocatum. Quod autem in Epistola ad Hebr. eos inquit, impossibile esse renouari, loquitur aperte de blasphemantibus Christum, & negantibus, quibus non patet reditus ad Christum, iuxta sententiam, Qui dixerit uerbum aduersus

blasphemi
qui sint.

ius filium, non remittetur ei. Non est nostrum iudicare qui sint blasphemii, qui non sint. Nam qui redeunt ad poenitentiam, hos ostendit res ipsa, non iudicatos esse blasphemos à Domino.

Si uideris uirum, qui sibi sapere uidetur, de stulto melius speres quā de eo.

Piger ait, leopardus est in uia, leo in plateis.

Sicut fores in cardine suo uoluntur, sic uoluit piger in lecto.

Abscondit piger manum in sinum, piget & ad os admouere.

Plus sibi sapere uidetur piger, quā septem qui sententias docent.

Quoddam genus hominum, est in reprehendis erratis, maxime Magistratuum, oculatissimū, qui tamen ipsi neque gerunt quicquam, neque suum officium faciunt, hos taxat hęc sententia, qui Magistratus, Reprehendunt, qui docentes in Ecclesijs reprehendunt, nam ipsi nihil gerunt, tantum ociose disputant, quid debeat fieri, re cuiusuis est, sicut Channudum patrem irrisit, cum tegere potest item.

PROVERBIA

tius deberet, ita nos tegere errata Magistratum de-
beamus, & interea nostrum officium diligenter face-
re. Huc pertinet etiam illa Demosthenis sententia, Re-
prehendere cuiusvis est, corrigere non est cuiusvis.

Qui transit ad litem, sua nihil
referentem, perinde est, ac si canem
uellicet auribus, ac laceffat.

Græci uocant το λυγρόθυμοις homines curi-
osos, & ubiq; se ingerentes, contra officij sui ratios-
nem, tales & hic reprehenduntur. Porro, ut sententi-
æ pleræq; supra monent, ut sua quisq; uocationi ser-
uiat, ut suum quisq; officium faciat. Ita & hæc sententi-
a docet, ne admisceamur alienæ liti, hoc est, cum nō
cogimur officio. Multa sunt exempla Israelitarum
male pugnantium, ubi sine mandato Dei pugnant,
quamuis causa pugnandi iusta essent. Horum exitus
& nos absterrere debet, ne sine uocatione admisceamur
nos dissidijs: Beati pacifici, quoniam filij Dei uo-
cabuntur, dicit Christus in Euangelio.

Vt qui abscondit se, iaculatur
& sagittas flammeas & mortife-
ras,

SALOMONIS

116

ras, sic is est, qui frustratur amicum
suum, & dicit, ioco facio.

Ignis extinguitur, ubi ligna nō
adsunt,

Sic sedatur contentio, ubi dela-
tor abfuerit.

Carbo prunas, ligna ignem accedunt
Vir contentiosus, rixam.

Verba delatoris perinde sunt ac
uerbera, penetrantq; penetralia
pectoris.

Vt conuenit, si argenti scoria
uas fictile adducat, ita labia uene-
rata cum malo corde congruunt.

Labijs suis pedit se inimicus, &
cum appropinquat, struit insidias.

Cum uoce sua blanditur, ne credas ei,
Sunt enim in corde suo multæ

abominationes.

Si quis texerit odium suum, ut

damnum det, reuelabitur eius ma-
litia in cœtu.

Fodiens foueam, in eam ruet,
Et aduoluens saxum, in ipsum im-
pinget.

Lingua mendax, non fert im-
probantem.

Et os blandū perniciem adfert.

CAP. XXII

NE glorieris de die craftino, ne-
scis enim quid hodie accide-
re possit.

*Prophanorū
scriptorū de
inconstantia
iudicium.*

*Sæpe prophani scriptores etiam iubent nos in-
constantiam fortuna reputare, ne in secundis rebus
insolentes, & superbi fiamus, sed sacre literæ docēt
nos intueri causam inconstantia rerum humanarū,
scilicet iudicium Dei. Ideo non tantum superbiam da-
mnant, non tantum exigunt moderationem foris, sed
etiā postulant timorē Dei, ut metuamus, ne sinat nos
Deus labi, & projiciat nos, sicut Saul proiectus est.*

*aut Iudas. Sunt enim talia exempla ideo proposita, ut
ostendant nobis iudicium Dei, & prouocent nos ad ti-
morē. Ita & Christus Luca 12. recitat exemplum ser-
ui diuitis. Et quoniā de timore diximus, addamus etiā
fidei doctrinam: nam timor sine fide desperatio est: et
Christus exigit non solum ut timeamus, sed etiam ut
in Deo diuites simus, quemadmodum in eo loco apud*

*Lucam est. Est itaq; fides necessaria, quæ in timore cō- Fides in timo
soletur nos, & sentiat quod Deus ignoscat nobis, cui re consolatur
ret nos, sit nos gubernaturus & seruaturus. Sicut ad nos.*

*Abrahā inquit: Noli timere, ego protector tuus sum.
Et hanc fidem habere, est diuitem in Deo esse. Qui ti-
ment Deum, non confidunt humanis præsijs aduer-
sus inconstantiam fortunæ. Vituperatur igitur in hoc
proverbio uana fiducia, collocata in humana præsidia
aduersus uarietatem rerum humanarum.*

Prædicet te alienus, nō os tuū,
peregrinus, non labia tua.

Gravis est lapis, & ponderosa
arena, utroq; grauior est ira stulti.

Crudelis est iracundia & ira,
Et quis coram inuidia consistet?

Melior est manifesta correptio,

quam clandestina dilectio.

Fidelia sunt uulnera inflicta a diligente.

Et oscula inimici contumeliosa sunt.

Anima satura fauū etiā calcat.

Et animæ esurienti etiam amara dulcia sunt.

Sicut auis est qui nidum deserit

Sic uir est qui deserit locū suū.

Taxat inconstantiam eorum, qui ex alio uite genere, subinde in aliud desiliunt. Oritur autem illa inconstantia ex impatientia. Porro supra diximus de pacatocordis, quòd oporteat nos coram Deo habere pacatocorda, & sentire quòd Dei uoluntate, in humile uite genus, aut tenue coniecti simus. Et quia uoluntati Dei obsequi debemus, ideo toleremus presentia incommoda, agamus Deo gratias pro multis bonis, quibus in terra fruimur. Huc pertinet quod Paul. inqt. Pax Dei regnet in cordibus uestris, & orate sine tra, & sine hesitatione. Taxat proverbium etiam leues spiritus qui ex alijs subinde opinionibus in doctrina Christiana in alias delabuntur. Id ideo fit, quia fundamentum

Sit quis sorte sua contentus

seu caput

seu caput, scilicet Christum non tenent, nec retinent Canonem, de quo Paulus loquitur ad Philippenses cap. 2.

Vnguētū & aromata delectāt cor
Dulcior autē animus est, propter
consilium animæ.

Amicum tuū, & amicum patris
tui, ne deseras.

Et domum fratris ne ingrediare
tempore calamitatis tuæ.

Melior est uicinus propinquus
quam frater longinquus.

Disce sapientiam mi fili, & gau
debit cor meum, ut respōderi pos
sit ijs, qui mihi conuiciū faciunt.

Callidus uidet malū, & abscondit,
Impiti pergūt, & damnū accipiūt.

Vestem ab eo auferas, qui pro
alieno sponderit, & cum alie
nus sit, pignus accipe.

Prædicans amicū suū magnis clamoribus, mane cōsurgens maledicere ei iudicabitur.

Similis est stillicidio assiduo cū pluit, rixatrix mulier. Qui cohibet eam, uentos cohibet, & oleum manu retinere conatur.

Ferrum ferro acuitur. Et uir acuitur amici congressu.

Vnus uir nullus uir.
 Conuenit cum illa, vnus uir, nullus uir. seu cū sententia Ecclesiast. 4. Melius est duos esse simul, quàm unum, & significat nobis opus esse conuersatione aliorum, à quibus moneamur, doceamur, obiurgemur, rursus etiam petamus consolationem, & confirmemur. Et Christus dedit clauis in ecclesia, ut alij ab alijs uerbo suscitarentur ac regerentur. Ideo inquit ecclesiast. Va soli, quia cum ceciderit non habet qui erigat. Est igitur sententia, sicut ferrum limatur à ferro, ita excitantur homines, & acuiuntur aliorum consuetudine.

Seruans ficum, uescitur fructibus eius, & obseruans dominum suum, honore afficietur.

Vt faci

Vt facies in aqua splendens, fallit, Ita inter se corda hoīm solent.

Hebræi sic legunt, sicut aquarum facies ad facies, sicut cor hominis ad hominem. Existimo uel ad inconstantiam, uel ad simulationem beneuolentiæ pertinere, quòd sic facies resplendens in aqua, inanis est & immutabilis, ita immutabilem esse, uoluntatem erga nos: ceu, ut imago fallax est, ita simulationem beneuolentiæ fallacem esse. Hanc sententiam sequamur plane & id erit quod ait poeta: Nusquā tuta fides. Seu quod est in Psalmo: Nolite considerare in principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non est salus.

Homo omnium inconstantissimum animal.

Infernus & perditio non saturant,

Ita nec hoīs oculi saturantur. Argentum in uase purgatur, aurū in fornace.

Homo uero laudātis ore pbat. Si stultum contriueris pistillo, ceu triticum in mortario, non discedet ab eo stultitia.

Et hæc sententia docet, quòd Deus affligat nos, ut uocet ad penitentiam, non ut perdat. Id utile est in omnibus afflictionibus, esse afflictiones tanquam sa-

ut uocet ad penitentiam

Pro 127
 erament a bonae uoluntatis Dei, non esse iræ, seu dant
 nationis signa, sicut & Psal. docet, Inuoca me in die
 tribulationis, & eripiam te. Ideo hic uituperantur hi
 qui afflicti, non agunt pœnitentiam sicut Saul & Ca
 in, sicut & apud Prophetam obiurgatur populus, Et
 populus non est reuersus ad percutientem se.

Tuum pecus contemplare, &
 gregem diligenter cura, neq; enim
 perpetuo tenebis has opes, & glo
 ria nō durata a seculo ad seculum.

Prodit scœnū, & nitescit donec
 demetatur. Oues habes quæ uesti
 unt te, & hircos, quibus uenditis,
 sumptus pares in agricultura faci
 endos. Lac caprarum suppedira
 bit uictum tibi, familiæ & ancillis
 tuis.

*Oeconomici
 præceptum.*

Oeconomicum præceptum est, debere nos curare
 res nostras, & nostris rebus uti, sicut & Paulus præ
 cipit, Laboret unusquisq; manibus suis. Principio igi
 tur & labor & diligentia præcipitur. Secundo quod
 ait, Non tenebis perpetuo, iubet præsentibus bonis
 uti, cum gratiarum actione, Item, occasionem urgen
 dam esse.

dam esse, sicut & supra docet, metendum esse, cū mes
 sis est, discendum cum est occasio, docendum cum est
 occasio. Cōtinet autem duo præcepta hic locus. Pri
 mum, ut sentiamus offerri bona à Deo, significat enim
 non semper laborem esse foelicem, cum iubet occasio
 nem urgere, rebus præsentibus uti, cum admonet cre
 atura. Hæc omnia eo pertinent, ut significet dona dei,
 uictum seu diuitias, iuxta Psalmum, Dant te, escam
 colligent. Hæc fides sentit beneficia Dei esse, postulat
 ut ipse fortunet, gubernet & conseruet. Secundū præ
 ceptum est, ne collochemus fiduciam in diuitias, ait e
 nim, temporarias esse, hoc est, fluxas. Et hæc germana
 sententia est huius loci, quem per metaphoram accō
 modare potes, & ut suum quisq; officium diligenter
 faciat.

*Diuitijs non
 esse fidendū.*

CAP. XXVIII

Fugit impius, tametsi nemo p̄
 sequatur,

Iusti uero perinde ac leo cōfidunt.

Propter peccata populorū fit,
 ut alij subinde imperent. At pro
 pter cordatos homines prorogabi
 tur inaperium.

PROVERBIA

Aliquoties docet scriptura, bonos principes beneficia Dei esse, & Deum iratum, malos principes nobis immittere, per quos punit nos, id clare docet hæc sententia, propter peccata populi, regna perturbantur, diffensionibus ac bellis, & commutari, ac transferri subinde ad alios, id enim non fit sine multis cladibus, & quia crescunt peccata, crescit etiam seruitus, & subinde duriora imperia, & duriores leges fiunt, sic ut aptissime significatū est in statua, quæ est uisa Dauidicis, cuius caput aureum fuit, thorax argenteus, uenter aeneus, pedum superior pars ferrea, inferior pars partim ferrea, partim fictilis. Fuerunt enim principio leuora imperia, postea duriora secuta sunt, quia aliter coerceri audacia hominum non potuit. Secundus uersiculus Hebraice sic legitur: Propter hominem intelligentem & scientem prorogabitur imperium. Hoc ad principis officia pertinere uidetur, qui debet esse recte intelligens, hoc est, timens Dei, & prudenter ac iuste ius dicens, sicut supra inquit, Si abstuleris impietatem à rege, firmabitur iustitia thronus eius, ubi promittit spiritus sanctus, saluam administrationem pijs regibus, sicut & hoc loco, hæc promissiones sunt munimenta regni, si credant eis Reges, & mouerant uoluntati Dei, quia nulla præsidia humana tantum sunt, quæ possent pacem retinere, aut defendere, nisi Deus eam suppedicaret. Neque enim tot periculis principes

Principū officia.

cipes manere incolumes possent, nisi seruaret eos Deus. Vocabulum, sciens, forte moderatiorē significat, & defectum quendam iuxta consuetudinem scripturæ, ut potius iubet cum scientia tractare uxores, id est, sine seuitia, & cum quadam diligentia & animaduersione, quæ errata toleranda sint, quæ quomodo faciendæ sint. Præcipit igitur hoc loco clementiã, Princeps nescit uindictæ cupidus princeps, ne sumat plus æquo in puniendo, sed toleret quædam errata, ignoscat in loco, non uno remedio uelit sanare omnia uitia. Si quis mallet secundum uersiculum ad populum accomodare, quandoquidem & prior uersiculus accusat populum, non ualde refragabor. Erit autem sententia, principatum ita fore durabiliorem, si populus sit intelligens, hoc est, si sentiens uoluntatem Dei, ut pareat Magistratibus propter Deum, ei obtemperet, & toleret errata principum.

Vir pauper, qui pauperes iniuria adficit, perinde facit, ac imber putrefaciens, & corrumpens segetem.

Impios prædicant hi qui legem deserunt. Contra successent nobis, qui legem seruant. Mali non intelligunt iudicium

uerum, qui Deum quærent, omnia intelligunt.

Melius habebit paup̄ probus, quàm diues improbus.

Prudens est, qui legem seruat. Helluo uero patrem confundit.

Qui opes suas scœnore auget, & immodico quæstu coaceruat, in inopes effundentur.

Qui recusat legē audire, illius precatio etiam est abominabilis.

Qui rectos seducit, in foueā incidet. Et probis bona euenient.

Diues sibi sapere uidetur. At paup̄ prudens explorat eū.

Res secundæ iustorum magnam gloriam pariunt. Cum uero euehuntur impij, commutantur res hominum.

Impius Magi- stratus, magis disciplinam dissolui dicit, si præsent impij, quàm
impius Magistratus non curat recte doceri uerbis

Dei, præterea ne ipse quidē paret Deo, aut legibus, gna pernitias non punit improbos & facinorosos homines, tantū Reipublicæ. sicut in bonos, sicut Saul seuebat in Sacerdotes, cam lunniatorem Doech amabat. Hæc exempla imitatur populus, & abit in mores eorum qui præsent. Supra dixit, Benedictione iustorum exaltari ciuitatem, id est, quia fauet Deus iustis, seruat Deus ciuitates propter eos. Item, gubernat eos cum præsent, ut discipuli nam ciuitatum retineant, aut emendent. E contra, quæ per impios Magistratus, punit populum, finit corrupti disciplinam, id maximum & nocentissimum malū Ciuitatum est, non doceri homines, non puniri delicta, non coerceri audaces & facinorosos &c. Non cet igitur malus Princeps, non sibi tantum, sed uniuerso populo, & uidemus omnia regna, omnes Respublicas corrupta disciplina euersas esse.

Qui cælat sua flagitia, male habebit,

Qui uero confitetur & deserit, is misericordiam consequetur.

Simplicissime uidetur eos reprehendere, qui admoniti, callide defendunt errata sua, nec mutant errores, non ficti defensio seu excusatio, uel delicti alicuius, uel erroris, indicat cor suæ poenitentia esse.

Hypocrite reprehenduntur

PROVERBIA

Simplex confessio, est signū ueræ pœnitentiæ, quem
admodum Thomas agnouit errorem suum, et confes-
sus est conspecto Domino. Ceterum uidetur hæc sen-
tentia etiam hypocritas taxare, qui remissionem pec-
catorum suis operibus mereri se sentiunt. Nam hi ca-
lant peccata, hoc est, non uident immūditiam cordis,
quomodo sit uacuum timore ac fide, & quia quædam
sacrificia faciunt, iustificant se, hypocrisis hoc loco
reprehenditur. Adparet hanc sententiā ex Psal. 31.
sumptam esse: Dixi confitebor aduersum me iniustitia-
m meam Domino, & tu remisisti iniquitatem pec-
cati mei. Est autem confiteri delicta coram Deo, ni-
hil aliud, nisi iudicio Dei terri, id uocatur aliās co-
gnitio peccati, aliās contritio, nec aliud est confessio
coram Deo, quam in hoc modo terri et expauescere,
& sentire, quod meriti simus iram ac damnationem,
& quod iuste condemnemur. Eo pertinet & uersicu-
lus, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, id est,
confiteor me peccasse, & q. iuste abs te condemnemur.
Ad hanc siue contritionem, siue confessionem accede-
re debet fides, quæ subleuet & erigat territam Chri-
stem, et sentiat peccata cōdonari à Deo propter Chri-
stum. Sic consequemur remissionem peccatorum, si
non calamus delicta, sed confiteamur & credamus
nobis ignosci. Et hinc intelligi potest, quid sit, et quæ
sit uera pœnitentia. Est enim primum terri à Deo,

Vera pœni-
tentia quæ?

SALOMONIS

112

& confiteri, quod iuste condemnemur, quod ipsi iu-
stificari nos non possimus. Deinde rursus credere, q.
peccata condonata sunt propter Christum. Addit au-
tem hoc loco signum ueræ pœnitentiæ, cum ait eos cō-
sequi misericordiam, qui confitentur, & deserunt.
Sic Christus ait, Vade & noli peccare.

Beatus est, qui semp̄ pavidus est,
Duri ruent in mala.

Hic locus palam exigit, ut semper simus puidi,
cum tamen Paulus dicat, nos non accepisse spiritum
terroris. Et Ioannes, Timor non est in charitate. Ad
hoc responderi ita solet, Timorem filialem non serui-
le oportere in animis Christianis esse. Neq; male ita
præcipitur, si quis modo recte intelligat, quid sit ti-
mor filialis. Timor seruilis est, q. timet pœnas, sicut
diabolus metuit pœnas. Timorem filialem describūt
esse, qui timet Deum, nō propter pœnas, sed propter
seipsum. Sed quia eo perueniunt etiam sanctissimi, ut
non horreant aut fugiant pœnas, ideo desinimus ti-
morem filialem aliquanto clarius. Est igitur timor
ille filialis, qui cum fide coniunctus est. Sancti timent
Deum, horrent etiam pœnas, sed fide eriguntur &
conciipiunt consolationem. Neq; enim Deus timeri
tantum se sine fide uult, sed potius se timeri postulat,
ut humiliati reiiciamus nos in eum, seu fugiamus ad

Timor du-
plex.

PROVERBIA

eum, expectemus ab eo omnia bona, credamus ei,
promittenti nobis salutem, iustitiam, fides illa efficit,
ut diligant Deum sancti. Itaque timent ita, ut non depo-
siti sint timore, etiamsi nulla poena impenderet.
Adfectus autem ipsi debent esse mutui, uere terreri,
& expauescere mentem oportet, et in his paucis
accipere consolationem, & gaudium per fidem. Ita
sensus timoris, succedit sensus fidei, & sensum fidei
succedit sensus timoris. Ita & Psalm. coniungit fidem
cum timore. Beneplacitum est Domino super metuen-
tes eum, & super eos qui sperant super misericordia eius.

Ceu leo rugiens, ac esuriens ursus,
Est princeps impius pauperi populo.

Si princeps imprudens fuerit,
multae fient iniuriae. At si oderit ini-
uriam, diu imperabit.

Qui iniuriam facit, ad sepulch-
rum usque profugus erit, nec suste-
nabit quisquam eum.

Probi salui erunt. Qui uero uias
suas peruertit, semel corruet.

Qui exercet agrum suum satia-
bitur pane.

At qui otio indulget, egebit.
Viro fideli ualde benedicetur,
& ueloces ad diuitias paradas non
erunt innocentes.

Speculare personam non est bonum.
Nam propter frustum panis illi
peccant.

Qui properat ut ditescat, & in-
uidet alijs, nescit egestatem sibi
impendere.

Qui arguit hominem, postre-
mo gravior erit assentator.

Qui deprædatur parentes, &
negat id esse peccatum, is socius
est homicidae.

Superbus excitat lites, At qui
fidit Deo, pinguescit.

Qui confidit suo cordi, desipit,
Et quod sapienter ambulat, bene habebit.

Qui pauperi dat, is non egebit.

Maledicetur autem, auertenti
oculos suos.

Cum euehuntur impij, abscon-
duntur homines.

Et cum perierint impij, iusti be-
ne habebunt.

CAP. XXIX

Qui aduersus increpationē du-
ra ceruice est, perit subito.

Nec mederi ei quisquam poterit.

Cū florēt iusti, populus bene ^{habebit}

Cum dominantur impij, luget
populus. Qui diligit sapiētiā

gaudio afficit patrē suum, scorra-
tor autem perdet opes.

Iudicio rex ditionē firmam facit,

Qui donis capit, euertet eam.

Qui assentat proximo, insidiat ei,

Irretietur peccato suo malus.

Iustus autē gloriabit, & gaudebit.

Cognoscit iustus pauperz causas

Impius non admittit animum
ad dijudicandum.

Sublannatores ciuitati exitio erūt.

At sapiētes inter poenā auertūt

Si sapiēs litigarit cū stulto, siue ira

scat, siue rideat, placari stultus nō

potest. Vir sanguinarij oderunt

pbū, Rectis autē uita eius curę est.

Totum spiritū suū effundit stultus

At sapiens tandem cohibet se.

Si princeps delectatur mendatio,

Impios tantum ministros habet

Pauperē foenerator obuiū habet,

Deus utriusq; animū moderat.

Sedes regis, qui uere iudicat pau-
peres, perpetuo fortunata erit.

Virga et obiurgatio adfert sapiētiā

At puer qui non cohercet, pu-

PROVERBIA

defacit matrem suam.

Cū florent impij, scelera multa fi-
unt, Sed expectatibus iustis, ruēt.

Si castigaueris filium, iucundus
erit tibi, et adfert anime tue delicias

Cum deest prophetia, perit po-
pulus, & qui legem custodiunt, be-
re habebunt.

Nulla maior calamitas q̄ si
Verbum cri-
piatur.

Docet nullam calamitatem maiorem esse, quam si
uerbū Dei nobis eripiatur. Nullius rei alterius iactan-
tam tristiore esse. Ideo & Amos 8. capite, cum tri-
stissimam pœnam minatur, inquit. Emittam famem in
terram, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audien-
di uerbum Dei. Hebræi sic legunt, Si nō sit prophetia
fit ociosus populus, uel dissipatur populus, uel diuidi-
tur populus. Quoquo modo legas, redibit res eodem
Significat enim, sine uerbo Dei, sine doctore populum
fieri otiosum, hoc est, securum & uacuum timore Dei.
Securitas autē, ut docet Paul. ad Ephesi. 4. parit om-
nia uita. Et dissipabitur populus, non tantum in u-
rias sectas distrahetur, sed etiam omnino errabit si-
ne castigatione, sine gubernatione, sine consolatione,
sine Deo, Si enim desit consolatio per uerbum Dei,
ruet

SALOMONIS

ruet in omnia peccata per desperationem. Præterea
multi in dissensionibus, quia non sunt muniti uerbo
Dei, ambigunt de tota doctrina religionis, & ambiguo
us animus incipit odisse religionem & Deum. Postre-
mo ubi non est uerbum Dei, exercet Diabolus seuiciā
suam in quos libet, & non modo singulorum conscien-
tias perturbat, sed etiam dissipat publicā disciplinā,
excuscat seditiones, & infinitas dissensiones. Neq;
presidium est aliud aduersus Diabolum quam uerbū
Dei & oratio. Ideo Petrus iubet attendere sermoni
prophetiæ, tanquam lucernæ in tenebris. Et Paulus in
quit Ephes. ulli. Præ omnibus sumentes scutum fidei
quo poteritis omnia tela improbi ignita extinguere,
& galeam salutis recipite, & gladium spiritus, quod
est uerbum Dei, in omni precatione & petitione uten-
tes omni tempore.

Verbū Dei,
presidiū ad-
uersus Satā
nam est.

Serui non emendantur uerbis,
Nam tamen si intelligunt, con-
temnunt tamen.

Melius de stulto speres, quam de
homine præcipite.

Si a puero seruus delicate tractatus
fuerit, dominari postea uolet.

Iracundus homo lites excitat, & se

PROVERBIA

pe peccat. Supbia deſcendit hoīem.
 At humilis animus potiet gloria
 Vitā odit, quifquis furis socius eſt
 Periturum audiet, nec indicabit.
 Qui timet hoīes, ruet, Qui fidit
 Deo ſubleuabit. Multi principis
 faciem ambiunt, Ata Domino
 iudicium cuiusuis proficiſcitur.

Abominant iuſti iniquos, & ab
 ominatur iniquus rectam uiam.

CAP XXX

STultiffimus ſum hominū, nec
 eſt penes me intelligentia, non
 didici ſapientiam, nec ſanctorū ſci
 entiam cognoui. Quis aſcendit in
 coelū ac descendit. Quis compre
 hendit uentos manu ſua. Quis co
 cluſit aquas in ueſtē ſua. Quis ſan
 clauit fines terræ. Quod nomē eſt
 illi. qd nomē eſt filio illius. noſtia.

SALOMONIS

117

Hec præſatio continet exemplum pœnitentiæ, nā
 hic ait: ſtultiffimus ſum. ita & nos oportet agnoſce
 re noſtram infirmitatem, quod de Deo non recte ſenti
 tiamus, quod ſimus ſine timore, ſine fide, quod ipſi nō
 poſſimus iuſticiam efficere. Et hæc agnitiō debet effi
 cere terrores, hoc eſt quod et Paul. inquit. 1. Corin. 3.
 Si quis uidetur ſapiens eſſe inter uos. ſtultus fiat, ut fi
 at ſapiens. Adiecit amplificationē, in qua docet, non
 poſſe comprehendē præſentiam Dei ratione, quanquā
 in tant a uarietate oſtēdit ſeſe. Neq; enim ratio poteſt
 ſtatuerē, quod Deus gubernet res, quod puniat, quod
 uiuet, quod ignoſcat. Præterea qui carnali iuſticia ex
 iſtimant ſe mereri gratiam, & confidunt ſue iuſticiæ
 coram Deo, hi non inueniunt Deum, ſicut & Paul. in
 quit. Mundus per ſapientiam, non nouit Deum in ſapi
 entia. Quomodo igitur cognofcitur Deus, id poſtea
 docet hoc loco, ſcilicet ex uerbo. Et Paulus inqt. Per
 ſtulticiam prædicatiōis. Ideo hic ſequitur: Omnis ſer
 mo Dei purgatus eſt, & clypeus his qui fidunt Deo.
 Cognofcitur igitur Deus, quando cor ſentit uere de
 Deo, iuxta uerbum, et timet eum, ac rurſus credit iux
 ta uerbum, quod ignoſcat, quod exaudiat, quod reſpō
 dat nos, quod uiuet. Hanc fidē efficit ſpiritus ſanctus
 per uerbum Dei. Docet itaq; hic & alteram pœniten
 tiæ partem, cum inquit ſermonem Dei clypeum eſſe
 his qui credunt. Nam ea fides, quæ credit remiſſionē
 peccatorum, iuſtificat nos.

Exempla pœ
 nitentiæ.

Mundus ne
 in quaquā fidit
 Deo.

PROVERBIA

Omnis sermo Dei purgatus est,
& clypeus ijs qui fidunt eo.
Ne addas sermōibus eius, ne te ob
iurget, tuq; mēdax deprehēdaris.

Detractores
uerbi Dei
qui.

Addere sermonibus Dei, aut detrahere, est aliter
sentire de Dei uoluntate, quam ipse tradit in uerbo.
Detrahunt igitur, qui nō timent quantum debent, seu
qui non credunt quantum debent. Addunt, q somniant
se suis opibus mereri iusticiā, siue faciunt nouas tra
ditiōes, siue nō faciāt. Sunt tamē & in hoc numero re
cēfendi, qui hac opiniōe nouas traditōnes, & nouos
cultus excogitauerunt, quia arbitrantur se per talia
opera pro peccatis satis facere, & placare Deum.

Duo abs te rogauī, quæ antequā
moriar, quæso, largire, pcul a me
amoue uanitatē et mēdaciū, inopiā
& diuitias ne dederis mihi. Demē
sum meū suppedira mihi, ne ubi sa
tur fuero, mentiar ac dicā: Quis est
deus? neue p inopiā furtum cōmit
tam, & polluam nomē Dei mei.

Affectus
fidei.

Supra de cognitione Dei dixit, q, scilicet p uerba
& fidem cognoscatur. Hic sequuntur affectus fidei.

SALOMONIS.

128

Primus est autem et precipuus, inuocatio seu oratio
iuxta illud: Credidi propter quod locutus sum. Petit
autem & corporalia & spiritualia dona à Deo. Sic
oportet sentire fidele pectus, quod Deus uere largiatur
utraq; & expectare & postulare à Deo. Sicut et
in Psalm. Aperis tu manum tuam, & implem omne ani
mal benedictione. Primum autem petit à se auferri
mendacium, id est auferri malas opiniones de Deo,
quia ratio non potest recte sentire de deo per sese, aut
enim existimat Deum nos non respicere, aut iudicat
uelle perdere, aut abiecisse, etiam si respiciat. Nec ti
met iudicium dei, ut debet, nec confidit deo, nec expe
ctat aliquid boni à deo, hoc est quod & Psalm. inquit,
Omnis homo mendax, id est, nemo satis de deo recte
sentit, nam etiam in sanctis est diffidētia quedam, nec
sancti quidem perspiciunt satis immundiciem suam,
sicut inquit propheta, Delicta quis intelligit. Præter
ea mendaciū etiā significat confidere creaturis &
opibus, aut prudentiæ humane, aut iusticiæ carnali.
Postulemus igitur quæ admodū iste, ut ostēdat se no
bis Deus, ut det nobis cognitionē pēti, det timorē, det
fidem, & alios fructus spūs. Secūdo petit bona corpo
ris, scilicet, nō uictū tantū, sed etiā prouētiā, eruditio
nē, iusticiā ciuile, successū in administratiōe rerū, bo
nā famā, & similia. Et hæc ita petit, ut simul ore se hia
regi, ne tali successū abutatur, ne excutiat timorē dei,
aut fidē erga deū, quæ admodū significat uersicū. Sed et
populus man ducare et bibere, et surrexit ludere.

Ne accuses seruū apud herū suū
ne tibi cōuiciū facias ac poenas des.

Hoc genus patri cōuiciū facit,
nec benedicit matri. Hoc genus ui-
detur sibi mundū esse, & tamē sor-
des suas non eluit. Hoc genus at-
tollit oculos suos, & palpebras su-
as eleuat. Huis generis dentes
tanq̄ gladij sunt, & tanq̄ enses mola-
res sunt, ut deuorēt humiles, et in-
opes e medio auferant.

Hinc sanguisugæ multæ sunt
liæ, quæ clamant age age.

Tria hæc non saturant, itē qua-
tū inexplabile est, infernus, uulua,
terra arefacta, ignis postremo inex-
plebilis est. Oculum qui patrem
fastidit, & matris imperiū cōtēnit,
corui iuxta flumen effodient, & ui-
rabunt aquilæ. Tria hæc ignoro
minime

minime uero quartum teneo.

Viam aquilæ in aëre, uia serpen-
tis super petrā, nauis iter in flumi-
ne, & uia hominis in adolescētia.

Talis est adulteræ uia, quæ ubi
perdiderit uirū, os tergit, & negat
se malum fecisse. Tria perturbant
terrā, quartū prorsus ferre nō pōt.

Si seruus impet, si stultus satur
fuerit, si morosa nupsit, si ancil-
la fuerit hæres dominæ facta.

Quatuor munita sunt in terra,
quæ prudentia uincūt etiam sapiē-
tes. Formicæ, imbecille genus, &
tū in messe sibi cibum parat. Cuni-
culi, infirmū genus, q̄ in rupibus
habitāt. Locustæ, quæ quanq̄ nō
habent regem, tamen agminatim
prodeunt. Araneus telam texit, &
habitat in Regum aulis.

Infirmis natura humana describitur.

Mirū uideri potest, cur dicat prestare tam minuta animalcula etiam sapientibus. Sed hæc collatio significat, quanta sit infirmitas nature humane, quia ista animalcula semper obtemperant suæ conditioni, seu potius uoluntati Dei, ultrò nemine cogente. At hominem cum peccatum originale, tum diaboli insidiæ non sinunt obsequi uoluntati Dei, seu sequi id, quod rectè esse iudicat. Videmus enim, ne legibus quidē et horribilibus poenis coerceri homines posse. Nulla tanta sapientia est, quæ si relinquatur à Deo, non incidat in uaria flagitia. Formicæ exemplum sedulitatis proponunt, ultrò enim laborant, nemine cogente, nec de diligentia remittunt. Homines uero non laborant, nisi coacti metu poenarum publicarum, et sapientes in secundis rebus, tamen de sedulitate remittunt, sicut in Alexandro apparet. Cuniculi monent, ne nimium securi simus, et irritant nos ad prudentiam. Præuidet enim imprudentiæ mala et cauent, at hominum tanta est securitas, ut non solum iudicio futuro nihil moueantur, sed etiā presentibus malis et supplicijs non terrentur. Locustæ, exemplum iustitiæ proponunt, qui seruant ordines in uolando, at homines quanquā habent Magistratus, tamen illis non obtemperant, irruunt in aliena. Exigit autē Deus, non tantum simulationem obedientiæ, sed ueram obedientiā, quod propter Deum obtemperet et ultrò, etiam si non cogentur.

Araneus laboris exemplum proponit, hoc autē pulchre quadrat, quod dicitur in aulis Regum esse araneos, significat enim eos, qui Respub. administrant, in primis oportere uigilantes et sedulos esse.

Tria hæc pbe ingrediunt, quartū itē belle incedit. Leo ualida bestia, nec refugit ullā beluā. Canis uenaticus firmis lumbis præditus. Aries & Rex, cui resisti non potest.

Hæc collatio significat, qualem principē esse debeat, scilicet, similem Leoni, cani uenatico, et arietem. Si quis hoc loco uolet, naturas istorum animantium diligenter excutiat. Caterum in summa eo pertinet, Regem esse debere terrori malis, et honori bonis, Leo enim non seuit nisi irritatus, unguis etiam abdit sicut cati, nec exerit nisi in pugna. Sic principes non debent exercere iracundiam, aut arma sua, nisi cum opus est. Canes uenatici insectantur feras, non hospites suos. Aries præit gregi tanquā custos, ita princeps bonis legibus debet regere suum gregem et custodire. Quod postremo ait, non posse Regi resisti, significat Deū custodire Magistratus, et defendere aduersus scditiosos, sicut Paulus inquit: Qui resistit potestati, iudicium sibi acquirit.

Cū p̄ stultitiam effers te, & moliris malū, cōprime manu os. Nam si lac crebrius tundas, butyrum fiet. Si emunxeris nares uehementius, sanguinem elicies. Ita & acerbus lites excitat.

CAP. XXXI.

Quæso te fili uteri mei, fili exoptatissime, ne da mulieribus opes tuas, & uias tuas, perdūt em̄ reges. Ne regibus & principibus uinū des aut siceram, ne poti obliuiscant iuris, et de hoībus prauē uerba dicent. Date siceram afflictis, & uinum mcestis, ut poti obliuiscantur inopiæ suæ, & ærumnarum. Probam mulierem quis inueniet, ea præstat gemmis.

Hic locus est Oeconomicus de officijs matrisfamilias. Sed hoc uertit inter philosophica præcepta & pro-

prophetica, q̄ Philosophi nihil de timore et fide præcipiunt. Paulus matrisfamilias officia breuissime cōplexus est, cum inq̄t: Saluatur mulier per filiorum generationem, si in fide manserit, id est, mulier si habuerit fidem, & deinde uocationi suæ seruiens, saluabitur. Est autem mulieris uocatio gignere & curare sobolem. Fides nunquam otiosa esse potest, sed in utroq̄ proprium opus exercet. Est autem mulieris propriū opus gignere, & in eo opere sciat se Deo placere, ferat quicquid accidit, tāquām opus à Deo impositum. Ut enim sciebat Moses se recte facere, cum educeret populum ex Aegypto, quia mandato Dei educebat, sic mulier sciat Deo placere hoc ministerium parienti & educandi. Alio loco etiam committit eis procurationē rei domesticæ, & iubet esse custodes domus, Petrus iubet, ut sint modesti & mansueti spiritus, hoc est, ut sint pudicæ, & tamen sine morositate, sine iracundia sint graues. Hæc serē officia & hoc loco traduntur, ut habeant timorem Dei ac fidem, ut sint pudicæ, sedule, in re familiari custodienda. Liberales erga pauperes.

Officia mulierum.

Confidit ea cor mariti, & res familiaris non deficiet. Reddet ei bonum, & nō malum perpetuo. Tractat lanam, & uoluptati ei est offi-

PROVERBIA

cium suum facere. Perinde est atq[ue]
navis mercatoris ex longinquo ad
ferens panem suum.

Noctu surgit, & parat familie cibum,
& ancillis demesum. Consp[er]dit
derat agrum, ac emit, & vineam suo
labore plantat.

Accingit lumbos accurate, &
corroborat brachia sua. Sentit q[uod]
bona sit negociatio sua, nec nocte
extinguet lucerna eius. Manu sua
admouet ad colu[m]b[am], & tractat fufum.
Manum pauperibus obfert, & por-
rigit inopi. Non metuit domui suae
a frigore, nam uniuersa familia ue-
stit duplicibus. Ornamenta facit
bi bysso, & purpura uestit. Consp[er]dit
cuius est in porta maritus eius, ubi
sedet cum senioribus regionis. Tun-
cas parat & uendit, & cingulu[m] de
merca

SALOMONIS.

32

mercatori. Fortitudo & decus ue-
stit eam, & gaudebit etiam in posteru[m].
Os aperit sapienter, & suauitas eius
in lingua est. Speculat statu[m] domus
sue, nec edit cum ignauia panem.
Surgent eius liberi, & predicabunt
eam. Maritus item laudabit eam.
Multe filie pararunt opes, tu super-
ras omnes. Fallax uenustas est, &
uana est forma. Mulier timens Dei,
laudabitur, Date ei de labori-
bus suis, & praedicent
eam in portis fa-
cta eius.

FINIS

faciunt tunc ratiocinatio, tunc ratiocinatio
hic apostolo sententias frequentius incidit
quod si per amplificationem adhibentur
sunt in laude plus repetuntur in
sermone, ad mirantur ad spectandum
id quod est mirantur, frequentius
tunc incidunt in que dantur
stratio voluit si quam principis
laudes ob commendationem per locum
communis amplificationis quoniam
quoniam dicitur per laudem, et
Solomon dicitur per pacem, non
tunc ob id quod vir sanguis
unum non est, quoniam dicitur
per, sed quod figura gerit
christi pacificatoris dei & quoniam
quoniam nobis eternum tempus
edificavit ecclesiam, in
qua inquit inhabitet
Sacerdos non a sarris
sed a sarris tractandis